This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600009086T

31.
532.

600009086T

31.
532.



600009086T

31.
532.



LEXICON MANUALE,

GEOGRAPHIAM ANTIQUAM ET MEDIAM CUM LATINE TUM GERMANICE ILLUSTRANS,

IN USUM SCHOLARUM

EDITUM

A

JOANNE VILELMO MÜLLER,
LYC. MARIAEMONT. CONR.

LIPSIAE,
IMPENSIS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

532.

PARS PRIOR.

A, Alpha, *der Fl. Aa im Westphäl. Kr. u. in der Schweiz.*

Aa, v. Agino.

Aba, Abae, urbs Graeciae in Phocide prope Cephissum fluvium. Conditores alii Abam heroem, alii Abantes faciunt. Apollinis templum atque oraculum celeberrimum habuit, unde Apollo Abaeus cognominatus est. Adrianus Imper. templum bis incendio deletum refecit.

Aba, v. Abus.

Abacaena, Abacaenum, urbs Siciliae prope Tyndarium; h. *Bigenis*; cives Abacaenini; adj. Abacaeninus.

Abacum v. Abudiacum Danubianum.

Abalaba s. Aballaba, urbs Brigantum in Britannia Rom.; h. *Appleby.*

Aballos, Avallo, urbs Aeduorum in Gallia Lugdun.; h. *Avalon.*

Aballonensis pagus, *Landschaft Avallonais in Bourgogne.*

Abantis s. Abantias v. Euboea.

Abantes, um, populus e Thracia ortus, qui in Phocidem migravit, ubi Abam condidit ac deinde Euboeam incoluit, quae ab illo Abantis dicta est. Postea pars eius in Ioniam transiit, ubi cum incolis genus miscuit.

Abantonium, Albantonium, *Aubenton in Frankr.*

Abassus, Abbassus, urbs Asiae Min. in Phrygia Magna.

Abbatia Bintensis, Hortus Floridus, *Abt. Baindt im Schw. Kr.*

Abbatia Caesariensis, *Abt. Kaisersheim im Schw. Kr.*

Abbatia Loccensis, *Abt. Lokkum in dem Nieders. Kr.*

Abbatia St. Magni, *Abt. St. Mangen im Baiern.*

Abbatia Sorethana, Sorethium, *Abt. Schussenried im Schwäb. Kr.* v. etiam Soretum.

Abbātis Cella, Abbatum Cella, *Appenzell in der Schw.*; adj. Abbatis-Cellanus.

Abbātum s. Abbatis Villa, Abbavilla, Abbatico-Villa, *Abbeville in Frankr.*; adj. Abbavillaeus.

Abdēra, ae, urbs maritima Bastitanorum in Hispania Baet., quam Phoenices condidisse creduntur; h. *Adra*, aliis *Almeria*; civis Abderites.

Abdēra, orum et ae, urbs Thraciae ad Nessum fluvium. Condita est ab Abdera, Diomedis sorore; plerique ab Herculi in memoriam Abderi comitis, ab equis Diomedis dilaniati. Veriora tradit Herodotus, quo auctore fundamenta jecit Timesius Clazomenius; Teji e patria pulsi opus perfecerunt locumque tenuerunt. Sub Romanis civitas fuit libera. Abderitae stultitiae accusabantur et ridebantur. Inclaruerunt Abderitae Democritus, Protagoras, Nicaenetus, heroicorum carminum scriptor, Anaxarchus philosophus, Hecataeus, historicus. H. putatur esse *Polystilo*; incola Abderites et Abderita; adj. Abderiticus et Abderitanus.

Abdua v. Laus.

Abdua fluv. v. Addua.

Abella, Avella, urbs Italiae Infer. in Campania, prope Clanis fluv. fontes et Nolam urbem. Vespasianus coloniam eo deduxit. Abundabat optimis nucibus; h. *Abella Vecchia*; *od. Avella.* adj. Abellanus, Avellanus et Abellinus.

Abellīnum, Italiae infer. in Hirpinis opp., et colonia Sabato flumini adjacens; h. *Avellino*; cives Abellinates Protopi; adj. Abellinus.

Abellīnum Marsicum, urbs Italiae infer. in Lucania prope Aciris fluvii fontes; h. *Marsico vecchio od. vetero*; incolae Abellinates Marsi.

Aberdōna, Aberdonia, Aberdonium, *Aberdon od. Aberdeen*, Vetus et Nova, *Old u. New, zwey nahe bey einand. liegende Städte in Schottland.*

Abernethaea, Abrenetum, *Abernety, Aberdorn in Schottland.*

Abergonium, *Abergavenny in England.*

Abesta, urbs Persiae in Arachosia; h. *Bost.*

Abexia ora v. Troglodytice.

Abia, Abea, urbs Peloponnesi in Messina ad sinum Messeniacum in Laconicae finibus posita. Fuit una ex septem oppidis, quae Agamemnon filiae dotem Achilli promisisse Homerus scribit, a quo Ire appellatur. Floruit etiam Achaici foederis tempore. Incolae Abeātae.

Abia, *Fl. Abrust in Baiern.*

Abĭla, ae et orum, Abilla, Abila Lysanii, urbs Asiae in Abilene, Coelesyriae regione, sub Alexandri successoribus Leucos, atque a Claudio Imper. Claudiopolis appellata; cujus rudera a. *Nebi Abel* vocari putant.

Abingtonia, Abindonia, *Abingdon in Engl.*

Abissinia, Abyssinia, Abyssinorum regio, Habessinia, Aethiopiae interioris terra; *Abyssinien*; incolae Abissini; adj. Abissineus et Abissinus.

Abnŏba, Abnova, Abnobi montes, Arbona Tacito, apud Ptolomaeum Anobaei s. Anobi, Germaniae Magnae montes a Danubii fontibus usque ad Moenum et Lupiam pertinentes, qui pro diversitate regionum varia sortiuntur nomina; igitur h. *der Spessart, Steigerwald, Odenwald, die Buar.*

Abōa, *Abo in Finnland*; adj. Aboënsis.

Abobrica, Abobriga, Bajona ad Minium, urbs Hispaniae Tarrac. in Callaicis; h. *Bayonne*; adj. Abobrigensis.

Aboras v. Chaboras.

Aborigĭnes, i. q. Autochthŏnes, antiquissimi Italiae incolae, ex Arcadia ab Oenotro et Peucetio ante Trojanum bellum eo deducti, qui primi tenuerunt agrum populi Romani, ac post Aeneae adventum Phrygibus mixti appellati sunt Latini Romamque condiderunt. Vbi h. *Campagna di Roma.*

Abrantium, *Abrantes in Port.*

Abrinca, Abricca, Obrinca, Germaniae fluv., Superiorem ab Inferiore separans, qui inter Autunnacum et Bonnam in Rhenum infunditur. H. *Aar od. Ahr.*

Abrincae, Abrincatae, antea Ingĕna, opp. Abrincatuorum in Gallia Celtica; h. *Avranches*; adj. Abrincātensis.

Abrystum, v. Aprustum.

Absŏrus, Apsorus, Ausoriensis Insula, inf. altera Absyrtidum in mari Adriatico cum urbe cognomine; h. *Osero.*

Absyrtĭdes, Apsyrtides, Absyrditae, Absyrtis, Absyrtium, insulae ad oram Illyrici in sinu Flanatico maris Adriatici, nunc ponte junctae.

Abudiacum, Abodiacum, Abusiacum, opp. Vindeliciae ad Licum fluv.; h. *Füssen.*

Abudiacum Danubianum, Abuzacum, Abacum, urbs Vindeliciae; h. *Abach od. Abbach.*

Abūla, Hispaniae Baet. in Bastitanis oppidum.

Abus, Aba, mons Asiae in Armenia Majore, in quo Euphrates atque Araxes fontes habent; h. *Aba od. Ararat.*

Abus, Britanniae Rom. fluv., qui in mare Germanicum exiens sinum efficit; h. *Humber.*

Abusina, Aventinum, Arusena, urbs Vindeliciae ad Danubium; h. *Abensberg.*

Abydon, onis, Macedoniae regio.

Abydus, urbs Aegypti Super. ad Nilum sita, Osiridis sepulcro et Memnonis sede nobilis; h. vicus *Araba-Madfoun.*

Abydus, Abydum, Abydena Urbs, Asiae min. in Troade opp. inter Lampsacum et Ilium et contra Sestum in Chersoneso Thraciae. Milesiorum erat colonia Xerxis in Hellesponte ponte facto nobile; h. *Avido*, alii situm ejus nunc ignorari dicunt; incolae Abydeni; adj. Abydēnus.

Abyle, Abyla, Abyla Columna, Abilyx, mons Africae in Mauretania Tingitana, qui cum Calpe Fretum Herculeum facit; h. *Sierra de las Monas od. Mont aux Singes.*

Abyssinia v. Abissinia.

Acadara, orum, urbs Indiae intra Gangem.

Academia, locus nemorosus, Athenis mille passus distans. Nomen habet ab Academo heroe, ut Eupolidi placet. Ubi cum philosopharetur Plato studiis morumque elegantia et discipulorum frequentia insignis fuit. Appellatur etiam Ceramicus. Erat Academia gymnasium inferius, cum superiori nomen esset Lyceum; nam inferior ambulatio et superior dicebantur. Lyceum vero nomen fuit Aristotelicae scholae. Alii Academiam a Cadmo Phoenice, litterarum et liberalium artium instauratore dictam putant. Ab eadem Academici philosophi nomen invenerunt.

Academia, Ciceronis villa, quae et Puteolanum vocatur, ab Averno lacu Puteolos euntibus littori imposita, et portu ac nemore celebrata, ut Plinius memorat. Hanc villam Academiam vocavit Cicero ab exemplo Athenarum, volumina ejusdem nominis ibi composuit, in eaque etiam monumentum sibi exstruxit. H. quibusdam *Bagni de Triboli.*

Acanthus, Aegypti Mediae s. Heptanomidis opp. ad occidentalem Nili ripam, cum Osiris templo.

Acanthus, Acanthion, urbs Macedoniae ad Strymonicum Sinum. Andriorum coloniam faciunt et nomen derivant a spinis, quibus circumsepta fuerit. Omnes prope Atho montem ponunt, etsi in ipso loco variant. H. *Eresso od. Hierisos.*

Acapulcum, Portus Aquae Pulchrae, *Aquapulca in Mexico.*

Acarnania, Graeciae Propr. pars, quae fines habet Aetoliam, Epirum; sinum Ambracium et Mare Jonium. Nomen Alcmaeon imposuisse fertur, sumtum ab Acarne filio, etsi alii aliam adferunt originem. Antea dictam esse Curetidem et incolas ipsos Curetes multi scribunt: quare, cum Aetolia idem nomen gesserit, olim latius Curetis patuit. H. pars *Livadiae*; Incola Acarnan (ānis); adj. Acarnanicus v. Acarnanus.

Acarne, urbs Graeciae in Thessaliotide (Magnesia) sita.

Acabicus murus, opp. Hispaniae Baet. circa Herculis columnam, a Carthaginiensibus conditum.

Acaunum v. Agaunum.

Acci, Colonia Accitania Gemellensis etc. urbs Bastitanorum in Hispania Baet.; h. Guadix; incolae Gemellenses.

Accinctum, Acejum, *Abt. Acey in Frankr.*

Accipitrum s. Hieracum Insula, apud Sardiniam; h. *St. Peters Isle.*

Acciptirum, Terceres, Flandricae insulae, *die Azorischen Inseln bei Africa.*

Accipitrum Urbs, Hieraconpolis, Aegypti in Thebaide opp., in quo colebantur accipitres.

Ace, es, v. Ptolomais.

Acedum, Aceda, Acedes, ae, urbs Galliae Transpad. in Venetis; h. *Ceneda.*

Acĕlum, Acilium, urbs Galliae Transpad. in Venetis inter Plavim et Silim fluvios posita; h. *Asola.*

Acerrae, Acherae, antiquissima urbs Italiae in Campania non longe a Neapoli, quam Clanius alluit. Ab Hannibale eversam post Augustus denuo exstruxit; hodienum *Acerra*; cives Acerrani; adj. Acerranus.

Acerrae, Acherrae, Acherae, Galliae Transp. in Insubribus opp. Adduae fluv. adjacens; h. *Acere.*

Acesĭnes, Acesĭnes, Indiae intra Gangem fluv. Excipit Hydroatem, delabitur in Hydaspen ac deinde in Mallis in Indum. Magnus fuit fluvius. Hodiernum nomen variatur *Beyah* vel *Jenaub.*

Acesines, parvus Siciliae fluv. apud Taurominium in mare emanans; h. *Cantera.*

Acesta v. Egesta.

Achaei v. Achaja.

Achaja, gr. Ἀχαΐα. Olim dicta est Αἰγιαλός, vel ab Aegialeo, Sicyoniae rege, vel ab ejus situ littorali; deinde dicta est Jonia, postremo Achaja. Incolae Ἀχαιοί, lato tamen vagoque sensu, quia multas regiones adjecerant et possederant. Latini usitate pro Graecia ponunt, quod Achaeis, tum Graeciae principibus, devictis, Achaja appellari atque a Macedonia separari solebat: hinc Romani Achajae non Graeciae praefectum vocabant, qui in eam

provinciam mitteretur. Terminabatur Saronico sinu, Argolide, Arcadia atque Elide, sinu Corinthiaco et Megaride. H. *e. Theil v. Morea u. v. Livadien*; adj. Achaicus, Achaius, Achaias, ădis, f. et Achais idis. f.

Achaemenia, Achaemenidarum Tribus, pars Persiae, ab Achaemene, Aegei filio, dicta; inde Achaemenius, i. q. Persicus; incolae eius Achaemenides et Achaemenidae.

Achaeorum Littus, urbs Cypri, a Graecis Adriage dicta; nonnullis h. vicus *Accathon*.

Achaeorum Promontorium, Achivorum Acta, prom. in septentrionali Cypri ins. parte, ad quod Teucer, a Telamone patre patria pulsus, appellebatur.

Achaeorum Portus, Achaeon, portus Asiae in Troade, in quem Xanthus Simoenti mixtus influebat.

Achaeorum Portus, ad Pontum Euxinum in Tauroscythis; Ptol. in hoc tractu Pulcher Portus est; h. *Buon porto*.

Acharaca, urbs Asiae Min. in Lydia, inter Tralles et Nysam, ubi Plutonium antrum atque Plutonis templum erat.

Acharna, Acharnae, urbs Graeciae in Attica pluribus templis ornata; ubi h. vicus *Menidi*; adj. Acharnanus.

Achelōus, Graeciae in Acarnania fluvius. Nomen antiquius fuit Axĕnus, tum Thestius, denique Achelous. Fuerunt plures cognomines, qui inde commiscentur. Noster defluit ex Pindo versus meridiem per Agraeos, Aetolicam gentem, et Amphilochos, atque in mare, quod sinum Corinthiacum facit, effunditur. Turbidas et limosas eius aquas multi commemorant, ex quibus Echinadas insulas ortas esse ferunt. Fabula de Herculis et Acheloi certamine satis nota est. H. aliis *Sinapro*, aliis *Aspro, Aspri, Catochi*. Adj. Acheloicus, Acheloias et Achelois f.

Acheria s. Achera, urbs Siciliae; cives Acherini.

Achĕron, Asiae Min. in Bithynia fluvius, qui iuxta Heracleam in Pontum Euxinum effunditur; post Sonautes dictus est.

Achĕron, Acheros, Acherusia Aqua, Italiae Infer. in Bruttiis fluv., qui Pandosiam alluebat atque in Acherusiam lacum exibat. Ad eum Alexander, Molossorum rex, a Lucanis trucidatus est, Dodonaeo deceptus oraculo, quo Acherontem Pandosiamque urbem cavere iubebatur; h. nonnullis *Capaniano*.

Achĕron, Peloponnesi in Elide fluv., qui Alpheo miscetur; h. Fort *Savuto*.

Achĕron, Acheros, Thesprotiae in Epiro fluv., Acherusiam lacum perfluens. Cocytum excipit atque in Jonium Mare defertur; h. *Delichi*. Acherontem et Cocytum inferorum esse fluvios poetae fabulantur.

Acherontia, Acherontus, serius Agerentia, Italiae Infer. in Apulia Peucetia opp. ad Apennino rum radices in alto saxo positum unde Nidum Acherontiae vocat Horatius; h. *Acerenza*.

Acherontia, Italiae Infer. i Bruttiis opp.; h. nonnullis *Mater*

Acherontina Provincia, *Basilicata in Neap.*

Acherusia, Aegypti Media lacus apud Memphidem, in qu Charon nauta mortuos ad judiciu trajecit. Inde nata est fabula Charonte, animas Stygem transmi tente.

Acherusia palus, Italiae Infe lacus inter Cumas et Misenum.

Acherusia palus, Thesproti in Epiro lacus, in quem Acheron Cocytus fluunt.

Acherusia, Acherusi Chersonesus, paeninsula vel pr monto-rium Bithyniae circa Herac am, ubi specus erat, per quam H cules ad inferos descendisse tradit

Achila, Achilla v. Acholl

Achillea, Achillis Insu Leuce, ins. Ponti Euxini pr Danubii ostium, in qua Achill sepultum esse tradunt.

Achillēos Dromos, isthmus Pontum Euxinum, haud procul ryśthenis ostio, in quo Achilles dos-celebrasse dicitur.

Achillēum, opp. Asiae in Tr de cum templo ac monume Achillis; v. etiam Sigeum.

Achillēum, Colchidis opp. ad Bosporum Cimmerium, ubi Paludi Maeotidi jungitur.

Achillis Insula v. Achillea.

Acholla, Achŏla, Achila, Acilla, Acolitanum Oppidum, urbs Africae Propriae in Byzacio; h. *Elalia.*

Achradīna s. Acradina, pars urbis Syracusarum.

Achridis lacus, v. Lychnidus.

Acidalius, Boeotiae fons apud Orchomenum, unde Venus nomen Acidaliae reperit.

Acila, Arabiae Felicis urbs maritima, ex qua in Indiam navigabant.

Acilia Aug. v. Aug. Acilia.

Acilisēne, Asiae in Armenia *Maj.* regio inter Taurum atque Euphratem; h. *Ekilis.*

Acilla v. Acholla.

Acimincum, Acumincum, Acunum, opp. Pannoniae Infer. Danubio adjacens; h. *Peterwardein.*

Acincum, Acincus, Aquincum, Buda Vetus, opp. Pannoniae Infer. ad Danubium; h. *Alt Ofen* b. *Ofen.*

Acinippo, Acinipo, urbs Hispaniae Baet. prope Arundam, ubi nunc theatri Martisque templi ruinae conspiciuntur; h. *Ronda od. Ronda la Vieja.*

Aciris, Lucaniae fluv. haud procul Heraclea in Sinum Tarentinum exiens; h. *Agri.*

Acis, idis et is, Siciliae fluv., in Aetna fontes habens prope Catanam in mare effunditur; hod. *Aci*, aliis *Freddo.*

Acis, ins. v. Siphnus.

Acmonia, Acmōna, Agmonia, Acmonensis Civitas, Asiae Min. in Phrygia Magna opp.; incolae Acmonenses.

Aco, Acon v. Ptolemais.

Acolitanum Oppidum v. Acholla.

Acōna, Aquae Saxonicae, *Aken a. d. Elbe.*

Acŏne, urbs Asiae Min. in Bithynia, Heracleae portus, Lyco fluminis appositus prope Heracleam, ubi Aconitum plurimum crescebat.

Acra, ae et arum, urbs Siciliae inter Syracusas et Camarinam, prope Pachynum prom.; incolae Acrenses.

Acrabatēna, Palaestinae in Judaea regio inter Sichemam et Hierichuntem.

Acrabatēne, Acrabattene, regio Palaestinae in Idumaea.

Acradīna v. Achradina.

Acragas v. Agragas et Agrigentum.

Acrēa, Acriae, Acraeae, urbs maritima Laconices prope Eurotae ostium, cum antiquissimo Cybeles templo in Peloponneso.

Acriconium, Silurum in Britannia Rom. opp.; h. *Hereford.*

Acridophăgi, populus inter Aethiopes, cursu velocissimus. Hunc vitae adeo brevis esse tradunt, ut natu maximus quadragesimum annum non excedat, ac de solis locustis vivere, a quibus etiam nomen invenerit.

Acrītas, Acrytas, Peloponnesi, a in Messenia prom. prope Methonem, iuxta Meleam et Taenarum; h. *Capo di Gallo.*

Acrītas, Asiae Min. in Bithynia prom. iuxta Bosporum Thracium, quod nonnulli Nigrum vocant; h. *Acrita.*

Acroăthon, Acrothŏon, Acrŏthon, urbs Chalcidices in Macedonia, in Athonis montis cacumine posita et post eversa.

Acroceraunia montes v. Ceraunii.

Acroceraunium et Acroceraunia, orum, Epiri prom. in Adriaticum mare emissum; inde dictum, quod Cerauniis montibus vicinum est. H. *Monti della Chimera.*

Acrocorinthus v. Corinthus.

Acronicus lacus v. Brigantinus.

Acropolis, *Agropoli in Neap.*

Acrothoon v. Acroathon.

Acta, urbs Graeciae in Acarnania prope Anactorium.

Actium, Fanum Apollinis Actii, urbs Graeciae in Acarnania. Sita fuit in dextra Ambracii Sinus, et Nicopolis, ab Augusto condita, in sinistra ejus parte. Eodem nomine etiam promont., portus et templum Apollinis occurrit, qui inde Actius vel Actaeus vocatur. Urbem celebrem reddidit Augusti victoria Actiaca, unde Actia, ludi Actiaci feruntur, qui jam antiquitus in honorem Apollinis acti, sed ab Augusto magnifice instaurati sunt.

Oppidum h. *Asio* et promont. *Figalo* appellatur; adj. Actiacus, Actianus et Actius.

Acusio, urbs Galliae Narbon. inter Arausionem et Valentiam ad Rhodanum fl.; h. *Ancone.*

Acutus, Agotius, *Agout. Fl. in Frankr. der in die Garonne fällt.*

Adamantia, Adamantium, v. Clampetia.

Adămas, antis, Indiae in Maesolia fluv., qui proxime Gangem fluit et adamantes secum fert; h. fortasse *Soank*, inferius *Bramni.*

Adāna, orum et ae, urbs Asiae Min. in Cicilia Campestri ad Sarum fl. cum Jovis templo ab Antiocho exstructo et ponte a Justiniano refecto.

Adana, Adenium, Adenum, opp. Arabiae Felicis ad fretum, quod nunc Bab-el-Mandeb vocatur; h. *Aden*; v. etiam Arabia urbs.

Adax v. Atax.

Ad Aquas, Aquae, Daciae vicus non procul Sarmizaegethusa, ubi Romani balnea aedificabant. — Praep. *ad* Romani locis praeponunt, quieti ex itinere capiendae opportunis, in quibus nec domos neque incolas offendebant, hisque nomen rerum memorabilium, quas ibi conspexerant, saepius etiam numerum milliariorum, ab uno requiei loco ad alterum indebant.

Ad Aquas, Aquae, Moesiae Super. locus.

Ad Aquas, Aquae Labodes s. Larodes, Thermae Selinuntiae s. Selinusiae, urbs Siciliae in meridionali eius ora, rupi imposita, cum aquis calidis. Agathoclis tyranni patria. H. *Sciacca.*

Ad Basilicam, statio Romanorum in Mauretania Caesar. in via Saldis Igilgilim ducente.

Ad Caballos, *Bagna Cavallo im Kirchenst.*

Ad Camoenas, Italiae in Latio locus prope Ariciam.

Ad Cebrum, Moesia Infer. vicus ad Ciabri et Danubii confluentem, cujus munimenta Justinianus refici jussit; fort. h. *Zargona.*

Ad Dianam, statio Romanorum in Arabia Petraea inter urbes Elam atque Elusam.

Ad Duodecimum, locus Galliae Belg. in Batavorum Insula.

Ad Duos Pontes, locus Hispaniae Tarrac. inter Bracaram Aug. et Asturicam Augustam.

Ad Fines, Helvetiorum in finibus Rhaetiae castellum in ripa Thuriae; h. *Pfin an der Thur.*

Ad Flexum sc. Danubii, Flexum, Ovaria, Ovarium, urbs Pannoniae Super.; h. *Altenburg od. Owar.*

Ad Labores, v. Cibalae s. Cibalis.

Ad Lapidem, locus Britanniae Rom. in Vitarum regione; h. *Stoneham.*

Ad Lippos, locus Hispaniae Baet. inter Salamanticam et Augustam Emeritam.

Ad Matrem Magnam, Italiae in Campania locus.

Ad Monilia, Monelia, Moneglia, Galliae Cispad. in Liguria urbs maritima; h. *Moneglia.*

Ad Montes, Admontium, *Admont in Steyerm.*

Ad Morum, urbs Hispaniae Tarrac. inter Acci et Carthaginem Novam.

Ad Murum, locus et villa regia circa murum, quem Imperat. Romanorum inter Britann. Rom. et Br. Barbar. exstruxerunt.

Ad Olivam, locus Mauretaniae Caes. Interioris versus Igilgilim.

Ad Pactas s. Tabernas, ad Pictas, locus Ital. in Latio X. M. P. ab Ad Quintanas distans.

Ad Palatium, locus Rhaetiae, prope *Roveredo.*

Ad Palatium, vicus Euganeorum in Gallia Transp. inter Tridentum et Veronam; h. *Palazzo.*

Ad Pontem Isis, Ibissa, Ipsium, urbs Norici Ripensis ad Danubium; h. *Ips.*

Ad Pontem, ad Pontem Muri, Norici opp.; h. *Murau.*

Ad Portum Dubris v. Dubris.

Ad Publicanos, Galliae Narb. locus circa Tarantasiam.

Ad Quatuor Rotas, *Vierraden in Brandeb. an d. Oder.*

Ad Quintanas, locus in Latio apud Lubicum et Ad Pactas.

Ad Regias, Mauretaniae Caesar. locus.

Ad Salices, locus circa Danubii ostia in Moesia Inferiore.

Ad Stabulum, locus Sardonum in Gallia Narbon.; h. vicus *Boulon.*

Ad Statuas, Ad Statuas Colossas, urbs Pannoniae Infer.; h. *Colocza.*

Ad Statuas, Theodăta, locus Pannoniae Infer.; h. *Dotis od. Tata.*

Ad Statuas Colossas, locus Italiae in Etruria inter Arretium et Clusium.

Ad Tres Lares, Mediolanium, Mediolarium, urbs Germaniae in Frisiis; h. *Midlaren.*

Ad Tricesimum s. Ad Tricensium sc. lapidem milliarium, locus Carnorum inter Aquilejam et Julium Carnicum.

Ad Turres, urbs Italiae Infer. in Calabria; h. *Blasio.*

Ad Vicenas, *Vincennes in Frankr.*

Ad Vicesimum, Italiae in Etruria locus prope Soracte montem.

Addua, Abdua, fluv. Galliae Cisalp., qui in Alpibus Rhaeticis ortus Larium lacum perfluit atque supra Cremonam Pado miscetur; h. *Adda.*

Adelocum v. Agelocum.

Adjacium v. Urcinium.

Adiabēne, pars Syriae. Nomen deducunt a duobus fluviis, quorum nomina sunt Diabas et Adiabas. Hodie trans Tigrim quaeri debet, ubi conspicitur urbs *Mosoul* in regione *Curdistan*; incolae Adiabeni; adj. Adiabenus et Adiabenicus.

Adōnis, Asiae fluv. in Phoenice inter Palae-Byblon et Byblon, qui in Libano ortus in Mare Mediterraneum exit. Quotannis rubescit, unde fortasse de Adonide vulnerato nata est fabula; h. *Nahr-Ebraham.*

Adorens, mons Asiae Min. in Galatia, CL. stadiis a Pessinunte distans. In eo Sangarius fontes habet.

Adraa, Edrei, urbs Palaestinae in Batanea; h. *Draa.*

Adramyttium, Adramyttēos, Adramyttēum, opp. Asiae in Mysia Maj. ad Maris Aegaei sinum ab eo appellatum. Conditorem ejus faciunt Adramytten, Croesi fratrem, alii alium. Habuit portum et navale, tulitque Xenoclem, oratorem. H. putatur *Adramit*; cives Adramyttēni; adj. Adramyttenus.

Adrāna, Adranus, Cattorum in Germania fluv., in Fuldam se immittens; h. *die Eder.*

Adrana, urbs Thraciae prope Berenicen; Turcis *Edrenos.*

Adrăna, Rura, Sicambrorum fluv. in Rhenum emanans; h. *Roer od. Ruhr.*

Adrante, es, urbs Norici inter Aemonam et Celejam; h. *St. Oswald.*

Adrastēa, Adrastia, Adrasteae Campi, regio Asiae Min. in Mysia, per quam Granicus praecipiti cursu volvitur. Urbem continet cognominem. Ab Adrasto rege dicta est, qui primus Nemesis templum aedificavit Adrastiamque vocavit.

Adria, Atria s. Hadria, urbs Italiae Propr. in Piceno, Tuscorum colonia, a qua ager ipse Adrianus dicebatur, vino generoso nobilis; h. *Atri*; incola Adriātes et Adrianus.

Adria, Hadria, Atria, Venetorum in Gallia Transp. opp. ad Padi ostia, a quo Adriaticum Mare nomen accepit; h. vicus *Adria*; incolae Adriani; adj. Adrianus.

Adriane, Hadriane, Hadrianopolis, urbs Africae in Cyrenaica inter Teuchiram et Berenicen.

Adriaticum s. Adrianum Mare, Adria Sinus, Adriacus Sinus, Adriacus Pontus, Mare Superum, maximus Interni Maris sinus inter Istriam, Liburniam, Dalmatiam, Illyridem Graecam et Italiam, qui nomen ab Adria, Venetorum urbe, adeptus est. Superior eius pars h. *Golfo di Venezia*, inferior *d. Adriatische Meer* nominatur.

Adrianopolis, Hadrianopolis, urbs Odrysarum in Thracia ad Hebrum sita. Prius Orestias, adis, et Oresta dictam Hadrianus exornavit, eamque nomine suo appellavit, unde etiam Aelia nuncupatur; h. *Adrianopel.*

Adrius s. Ardius, mons Illyrici Barb., qui per mediam fere Dalmatiam extenditur.

Adrumētum, Adrumetus, Adrumettus, Adrume, Hadrumetum etc.; urbs maritima Africae Min. in Byzacio. Conditores Phoenices. Fuit urbs libera, post vero Adriani colonia facta est; h. *Heracla*; incolae Hadrumetani.

Aduaca v. Atuatuca.

Aduatica v. Atuatuca.

Adula, Aduallas, Alpes Summae, quae a Penninis Alpibus usque ad Verbanum lacum procurrunt, Italiamque ab Helvetia dividunt, in iisque Rhenus, Rhodanus, Araris, Ticinus et Rusa fluvii fontes habent; h. *St. Gotthardtsberg, Lucmainer, Furka u. s. w.*

Adūle, es, Aduli, Adulis, Oppidum Adulitarum, urbs Africae in Troglodytarum terra ad sinum Adulicum; h. nonnullis *Lajura*; incola Adulita.

Adūra, Atura, Adurum, Aturum, Adurae, Civitas Aturensium, Vicus Julii, urbs Galliae Aquit. ad Aturum flumen; h. *Aire*; adj. Aturensis.

Aea, Aeapolis, Asiae in Colchide metropolis ad Phasin amnem. Inclaruit portentosis Jasonis et Argonautarum rebus et Medea ac Circe ibi natis; adj. Aeacus.

Aeaea, insula in Ponto Euxino ad Phasidis ostium, Circes, sororis Aëaetae, Colchidis regis, sedes.

Aeaeas s. Aeaee, Italiae inf. in mari Tyrrheno, Siciliam versus, quam Circe vel secundum alios Calypso incoluisse traditur.

Aeas, antis, v. Aous.

Aecae, Ecae, Aecana Civitas, Italiae Infer. in Hirpinis municipium; h. *Troja*; cives Aecani.

Aeculānum, Aeclanum, urbs Italiae Infer. in Hirpinis; h. *Fricenti od. Eclano*; cives Aeculani et Aeclanenses.

Aedepsum, Aedipsum, Aedepsum, urbs Euboeae insulae in occidentali ejus parte, quae propter aquas calidas etiam Aedepsi et Herculis Thermae vocatur; h. *Dipso*.

Aedessa, Edessa, urbs Macedoniae in Emathia, antiqua et regia, sepulcris regum nobilis; h. *Vodena*.

Aëdŏnis, Aëdonia, ins. Africae ad Marmaricam.

Aedui, Hedui, Edui, pop. Galliae Lugdun. potentissimus inter Ligerim et Ararim, a Romanis fratres appellati; ubi h. *Bourgogne u. Nivernois*.

Aega s. Aegae, urbs Achajae ad sinum Corinthiacum et Crathis fluvii ostium, Neptuni templo ornata.

Aegades ins. v. Aegates.

Aegae, urbs Euboeae insulae exadversus Anthedonem in Boeotia.

Aegae, Aegae Macedoniae, Aege, Aegeae, Aegaea, urbs Emathiae regionis; h. *Moglena od. Roglena*; cives Aegeatae.

Aegae, Aegaeae, urbs Asiae in Aeolide ad sinum Cumanum; cives Aegeatae.

Aegaeum s. Aegeum Mare, Archipelagus, inter Graeciam et Asiam Min. mare, quod inter Rhodum et Cretam Icarium, atque a Carpatho insula Carpathium vocatur. Nomen varie derivant, vel ab Aegis, Euboeae urbe, vel ab Aegeo, Thesei patre, vel ab αἴξ, insula vel scopulus, quod, ut Plinius ait, specie caprae repente e medio mari exiliat. Alii illam vocem de porcella et tempestatibus explicant, quae illud mare infestant, ita, ut apud poetas de mari fluctuoso, et Aegaeae hiemes de saevissimis dici soleant. Vulgo *Archipelagus* nominatur, sed Graeci *Dodecanisa* vocant.

Aegalĕon, Aegialeos, mons Graeciae in Attica, exadversum Salamini insulae.

Aegates, Aegades, Aegūsae Insulae, tres Maris Interni ins. inter Drepanum et Lilybaeum Siciliae prom. eaeque singulatim Phorbantia, Aegusa atque Hiera dictae. Ad eas Romani, Catulo Cos. duce, Carthaginienses vicerunt, atque ita Punicum bellum primum extinxerunt. H. *die Aegatischen Inseln, Levenzo, Favignana und Maretimo*.

Aegiăli, Aegialon, Aegialos, Henetorum in Paphlagonia opp. ad Ponti Euxini oram situm.

Aegiălos v. Achaja.

Aegĭda, Aegidis Insula, Galliae Transp. in Istria opp. post Justinopolis appellatum; h. *Capo d'Istria od. Istrig*.

Aegilia, Aegȳla, maris Myrtoi ins. inter Peloponnesum et Cretam. H. videtur esse *Cerigotto*.

Aegilium, v. Igilium.

Aegilon v. Capraria.

Aegimŏrus, Aegimūrus, Aegimori Arae, ins. ad oram Africae Propr.; h. *Zowamoore*.

Aegina, Graeciae ins. in sinu Saronico inter Atticam et Peloponnesum. Antiquius nomen fuit Oenone, tum Oenopia et Myrmidonia. Successit Aegina ab Aegina, Asopi filia. Antiquissimi incolae fuerunt Myrmidones, quos ἀπὸ τῶν Μυρμήκων a Jove creatos fabulae narrant; quos bene Strabo de hominibus explicat, qui aut terram sterilem coluerint, aut in antris habitaverint. Successerunt deinceps Argivi, Cretenses, Epidaurii et Dorienses. Athenienses colonos eo miserunt, quibus ereptam insulam priscis incolis reddiderunt Lacedaemonii. Deinde a Cassandro subacta et devicto Philippo a Romanis Attalo data est. Plinii aetate liberae fuit conditionis. Ejus circuitus fuit CLXXX stadiorum. A Strabone cognominis urbs datur, ubi hod. vilis vicus veteris urbis ruinas ostendit. Inclaruit olim Aeaco, opibus maritimis aliisque rebus. H. dicitur incolis *Egine*, nautis *Engia*; incolae Aeginenses et Aeginētae; adj. Aeginensis, Aeginēticus et Aeginaeus. Aegina, urbs insulae ejusdem nominis.

Aeginetes, ae, **Aeginetis**, is, urbs maritima et fluvius Asiae Min. in Paphlagonia.

Aeginium, urbs Thessaliae in Hestiaeotide ad Timphaei montis radices in Epiri finibus.

Aegion, **Aegium**, urbs Achajae. Nomen nacta videtur a capra, qua Jupiter nutritus est. Collecta erat ex pluribus pagis et adscripta XII. foederatis Achajae civitatibus. Helice mari exhausta ceteras honore et opibus antecelluit, ita ut conventus Achaici concilii ibi agerentur. Urbs fuit maritima, quam etiam Selinus fluvius transibat. Templum habuit Lucinae atque alia memorabilia. H. *Vostitza*; adj. Aegiensis.

Aegira, opp. Graeciae in Achaja. Antiquius nomen fuit Hypereia, ab Hyperete, Lycaonis filio, posterius traxit a capris, quas ardentibus facibus in Sicyonios, ut auxilia crederent, immiserunt Hyperesienses prospero eventu. Urbs ita erat in colle atque a mari VII. stadia distabat. Ponitur item in foederatis Achaicis urbibus. Nomen hod. incertum est. *Xilocastro* quidam dicunt. Incolae Aegirati et Aegaei.

Aegissus, **Aegysus**, urbs Moesiae Infer. ad Danubii ostium, ubi Darius pontem effecit; h. fort. *Tatza*.

Aegon, ōnis, i. e. Mare Aegaeum (poet.).

Aegos, **Aegos Potamos**, **Aegos Flumen**, Chersonesi Thraciae fluvius. Stephanus urbem Hellesponti facit, ut alii. Ad mare sitam fuisse docent ea, quae passim narrantur de navium transitu vel statione contra Lampsacum. Inclaruit Lysandri de Atheniensibus victoria et Peloponnesiaco bello ita finito. H. *Kara Ova Su*.

Aegūsa, **Aethusa**, ins. ad Africam Propr. sita.

Aegusae Insulae v. Aegates.

Aegyptus, Africae terra, quam multi veterum Geographorum Asiae assignarunt, alii vero, ut recentiores omnes, Africae tribuunt. Terminos habuit Mare Mediterraneum, Arabiam et sinum Arabicum, Aethiopiam, Libyam et Marmaricam. Dicta olim est Aeria, Ogygia, Hephaestia, Miara, Melampodum regio, Potamitis, Hebr. Mizrajim. Pluviae expertem fuisse veteres auctores referunt, sed id tantum de Superioris Aegypti tractu, qui est a Thebis ad Syenen, valet. Nam ex itinerariis constat, in Aegypto Infer. non pluvias solum sed et imbres nonnunquam demitti, pluviosque menses ibi esse Januarium, Februarium, Martium, Novembrem et Decembrem, per quos intra ripas suos devolvitur Nilus. Terra erat fertilissima, inprimis Delta, ut binas quotannis messes ferret. Hinc naves Alexandrinae in alias regiones frumentum vehebant, atque Augusto imperante Urbi annua ducenties centena millia frumenti ex Aegypto illata esse narrant. Hodie incolarum desidia Turcarumque tyrannide fertilitas deminuta est. Incolarum frequentia Vespasiani tempore tanta erat, ut septies decies centena millia hominum numerati sint, quae judicari quoque potest ex vicies mille urbibus, quas Amasi regnante in Aegypto fuisse Herodotus tradit. Hodie incolarum nume-

rus bellis, pestilentia et imperii forma deminutus est. H. *Aegypten od. Mesr*; incola Aegyptius; adj. Aegyptius et Aegyptiacus.

Aegyptus Inferior s. Delta, inter Nili cornua et mare Internum, cujus metropolis fuit Alexandria; h. *Al-Bahri.*

Aegyptus Media s. Heptanomis, idis, inter Hermopolin Magnam et Nili brachia, versus septentrionem Babylonis. Eius partis urbs primaria Memphis erat; h. *Wolstani.*

Aegyptus Superior s. Thebais, inter Aethiopiam et Hermopolin Magnam in utraque Nili parte; huius urbs princeps erant Thebae; h. *Al-Said.*

Aejopolis, urbs Assyriae in finibus Mesopotamiae, quam Euphrates perfluebat; h. *Hella od. Hilla.*

Aelana, v. Elana.

Aelia v. Adrianopolis.

Aelia Capitolina, v. Hierosolyma.

Aemilianum, Amilhanum, Milialdum, *Milhaud in Frankr.*

Aemodae, Emodae, Emudae, Emodes, insulae in septentrione Britanniae Barb. sitae; h. *Shetlands od. Hitlands-Inseln.*

Aemōna, Emona, Ema, Haema, Colonia Tauriscorum, Lubiana, Labacum, urbs Pannoniae Super.; h. *Laibach.*

Aemonia, Haemonia i. e. Thessalia; incola Aemŏnides, Aemŏnis, idis, f.; adj. Aemonius.

Aemonia Nova, *Citta nuova, Seest. in Istrien.*

Aemus v. Haemus.

Aenaria et Aeneae Insula v. Pithecusa.

Aenia, Aenēa, urbs Macedoniae ad Thermaicum Sinum, cujus fundamenta egit Aeneas e Troja fugiens; incola Aeneātes.

Aenĭpons, Oenipons, Aenipons Inferior, urbs in Norici et Vindeliciae confinio ad Aenum posita; h. *Oettingne od. Neu-Oettingen.*

Aenĭpons, Oenipons, Aenipons Superior, opp. ad Aenum in Rhaetiae et Vindeliciae finibus prope Veldidenam; h. *Inspruck.*

Aenōna, Aenona Civitas Pusini, opp. in insula ad Liburniam; h. *Nona.*

Aenos, mons Cephalleniae insulae, in quo Jupiter templum habebat, inde Aenesius dictus.

Aenos, Aenus, Aenum, opp. Thraciae Antiquius nomen fuit Polytyobria h. e urbs Poltyos, qui fuit rex Thraciae sub Trojani belli initia. Urbs fuit maritima, quam alii ad Hebri ostia, alii ad Melanem sinum ponunt, portumque ei dant. Cicŏnum quondam regionem fuisse et Polydori tumulum scribit Plinius H. *Eno*; incolae Aenēi et Aenii adj. Aenius.

Aenus, Oenus, Rhaetiae Propr. fluv. in Alpibus Rhaeticis, non procul Clavenna ortus et Vindelician a Norico sejungens inter Batava Castra et Bojodurum in Danubium infertur. H. *Inn.*

Aeolia s. Aeŏlis, idis, Asiae Min. regio exadversus insulam Lesbum, inter Mysiam et Joniam, sive a Caici fluminis ore, aut paulo supra illud ad Phocaeam, Joniae extremam urbem. Olim Aeolis late patuit et Troada Mysiamque complexa est. H. pars provinciae *Anadoli.* Incolae Aeolii et Aeŏles, ab Aeolo, Thessaliae rege, dicti, qui se ex Graecia in Asiam effuderunt, clarasque urbes v. c. Smyrnam, Myrinam, Mithylenen condiderunt; adj. Aeolicus et Aeolius.

Aeoliae, Aeolĭdes, Aeŏli Insulae, Hephaestĭădes, Vulcani s. Vulcaniae, Liparae, Liparaeorum Insulae, inter Siciliam et Lucaniam sitae. Plerique septem numerant, sed varie eas recensent. Maxima earum est Lipara, minima Evonymos. A natura dictae sunt Vulcaniae, licet ad Hieram et Strongylen tantum quidam referant. H. *Isole Liparee.*

Aeolia i. e. Strongyle, ins. Liparaeorum, in qua Aeolus, rex ventorum, sedem habebat.

Aepēa v. Soli.

Aequi, Aequicolae, Aequani, Aequicolani, Aequiculi, Italiae Propr. populus, qui a Sabinis ortus erat atque inter Marsos et Latinos Anienem habitabat; adj. Aequicus et Aequiculus.

Aequimaelium s. Aequimelium, locus Romae sic dictus, quod Sp. Maelii domus ibi solo aequata est.

Aequinoctium, locus munitus in Pannonia Super. ad Danubium, inter Vindobonam et Carnuntum; h. fort. *Fischamund.*

Aequolesima v. Iculisma.

Aequum Faliscum v. Falerii.

Aera, Aerea, *Air, Ayr, in Schottland.*

Aereus, *Fl. Ayr in Schottland.*

Aeria, Heria, Aria, *Aire im nördl. Frankr.*

Aeria v. Aegyptus, Creta, Thasus.

Aeropus, mons Illyrici Graeci ad Aoi fluminis latus.

Aesăcus, Asiae in Troade fluv., cujus fontes sunt in Ida monte.

Aesărus, Aesaris, Aesar, Ital. Infer. in Bruttiis fluv., qui prope Crotonem in mare Jonium effunditur; h. *Esaro.*

Aesēpus, Asiae in Mysia Min. fl., qui ex Ida ortus in Propontidem exit; h. *Satas-dere.*

Aesernia, Aesernia Colonia, urbs Italiae in Samnitibus; primi Punici belli tempore eo colonia deducta est; h. *Sergna od. Isernia*; cives Aesernini, Esernini; adj. Aeserninus.

Aesia, Oesia, *Oise, Fl. in Frankr.*

Aesis, fluv. Italiae Med. in Umbria; Gallos Senonesa Piceno dividit atque inter Anconam et Senam Gallicam in Adriaticum Mare emittitur; h. *Esino.*

Aesis, Aesium, Colonia Aesis, Umbriae opp. in Piceni finibus, quod ab Aesi flumine nomen invenit; h. *Jesi*; adj. Aesinas; incolae Aesinates.

Aesona, Jesona, Jessonia, urbs Hispaniae Tarracon. in Ilergetsi prope Sicorim fluv.; adj. Aesonensis et Jessonensis.

Aestii, populus Sarmatiae Europ. ad mare Suevicum, quem Rubo ab Hirris se jungit; h. *die Esten.*

Aestonia, Esthonia, Aestia, *Estland, Prov. in Russland.*

Aesŭla, Aesulum, Aesola, urbs Italiae in Latio prope Tibur; adj. Aesulanus; incolae Aesolani.

Aethalia, v. Ilva, Chios et Lemnus.

Aetilia, *Fl. l'Authie in Frankr.*

Aethiopia, etiam Aetheria appellata, maxima Africae terra. Veteribus Aegyptum ab austro continebat, quam late longeque ultra aequatorem etiam extendebant. Vix autem iis toto illo tractu, praeter vicinas Aegypti regiones, quidquam notum exploratumque erat. H. *Aethiopien od. Abyssinien* u. s. w.; incolae Aethiŏpes; fem. Aethiopissa; adj. Aethiopicus.

Aethiopia, in S. L. Cusch, Cuschaea, aut Arabia Felix, aut ejus pars ad Mare Erythraeum ita vocatur; fere ubi n. *Jemen od. Yemen.*

Aetna, mons Siciliae maximus. Multi descripserunt nobilem hunc montem. Ejus incendia Homerus non memorat, sed Hesiodus. Veteres causam eorum ad fabulas retulerunt. Nostra aetate plures eum adscenderunt atque explorarunt; h. *Monte Gibello, Gibel, Aetna*; adj. Aetnaeus.

Aetna, Aetnense Oppidum, urbs Siciliae in latere montis Aetnae, antea Inessa s. Innesa dicta; h. ubi episcopium *S. Johann*; incolae Aetnenses et Inessenses; adj. Aetnensis.

Aetōla Urbs, dicuntur Arpi a Virgilio, quod Diomedes, Aetolorum rex in Dauniam venit ibique Arpos aedificavit.

Aetolia, Graeciae Propr. pars, Locride, Thessalia et Epiro, Acarnania et sinus Corinthiaci ostio terminata. Nomen accepit ab Aetolo, qui ob caedem imprudenter factam ex Elide huc confugerat. Eam Curetes ante tenuisse, quos ille expulerit, tradunt plures. H. pars provinciae *Livadien.* Incolae Aetoli. Inclaruerunt bellis contra Acharnanes, Macedones et Romanos, a quibus victi sunt, et longinquis fundae jactibus; adj. Aetolicus, Aetolius, Aetolus, Aetolis (idis) f.

Aexōne, vicus Atticae in ora maritima contra Salamina insulam; incolae Aexonenses et Aexōnes.

Africa, Graecis Hesperia et Libya, tertia orbis terrarum pars, inter Europam et Asiam ad austrum sita, magna, quam Sinus Arabicus Mare Internum et Atlanticum ambiunt, paeninsula, cujus septentrionales tantum regiones veteribus erant; cognitae. H. *Africa*: incola, Afer, adj. Afer, Africus et Africanus.

Africa Minor s. Propria. Carthaginiensium terram constituebat; quam expugnatam Romani in provinciae formam redegerunt. Fines

habebat Mare Internum, Mauretaniam, Gaetuliam et Cyrenaicam, et complectebatur Numidiam ac praeter Carthaginis etiam Syrticam regionem. Dividebatur in Zeugitanam et Byzacium; h. *Tunis u. Tripolis.*

Africa Septentrionalis, Africa ad Mare Mediterraneum sita, Bereberum Terra Barbaria; *d. Küste der Barbarei (Berb.) u. Barcan.*

Agamna, urbs Asiae in Mesopotamia ad Saocorae et Euphratis confluentem; h. *Kahem.*

Aganippe, es fons Boeotiae in Helicone monte, Musis sacratus; adj. Aganippēus, Aganippis idis, f.

Agara, urbs Indiae intra Gangem; h. *Agra.*

Agari s. Argari Urbs, in India intra Gangem ad Sinum Argaricum; fort. h. *Artingari.*

Agatha, ins. ad Galliae Narbon. oram, urbi cognomini opposita; quae Blascon etiam dicitur; h. *Brescon.*

Agathe, Agatha, Agathopolis, Tectosagum in Gallia Narbon. ad Araurim fluviumo ppidum. Quidam a Phocaeis conditum ferunt, alii a Massiliensibus, quod facile componi potest, quod Phocaei Massiliae conditores fuerint. H. *Agde;* incolae Agathenses.

Aathopolis, Fanum Sanctae Agathae, s. *Agata di Goti in Neapolis.*

Agathos Daemon, Agathodaemon, Magnus Fluvius, occien-dtale Nili cornu, quod prr Heracleo-ttcum sive Canopicum ostium mari infundebatur.

Agathymum, urbs Siciliae inter Himeram flumen et Pelorum prom. posita.

Agathyrna, Agathyrnum, urbs in ora septentrionali Siciliae; h. *Capo di Orlando.*

Agathyrsi, populus Daciae Mari fluvio adsidens; ubi h. *Siebenbürgen.*

Agdistis v. Dindymus.

Agedūnum, Acitodunum, urbs Lemovicum in Gallia Aquit.; h. *Ahun.*

Agelocum, Adelocum, Segelocum, Coritanorum in Britannia Rom. opp.; h. aliis *Idleton* aliis *Littleborough.*

Agendĭcum, Agedicum, Agedincum, Senŏnes, Senonis, opp. Galliae Celt. in Senonibus; h. *Sens;* adj. Senonensis.

Ager Bruttius v. Bruttii.

Agger s. Catarracta Gandavensis, *Sas van Gend in den Niederlanden.*

Agino, Agnius, Euneno, Aa, Galliae Belg. fluv., in Atrebatibus ortus Morinos alluit atque in Mare Britannicum effunditur; h. *Aa.*

Aginum, Aginnum, Agenno, Nitiobrigum, Civitas Aginnensis, urbs Galliae Aquitan. fin Nitiobrigibus; h. *Agen;* adj. Aginnensis.

Agnettinum, Enjedinum *Agneten od. Engetten in Siebenb.*

Agrăgas, antis, mons Siciliae ad quem Agrigentum situm est.

Agrăgas s. Acragas, Sicilia fluv., in monte ejusdem nomini ortus, qui prope Agrigentum Hypsae jungitur ibique in mare emittitur; h. *Girgenti od. Fiume di Naro*

Agria, Jazygum Metanistarum in Pannonia Infer. opp.; h. *Erla*

Agri Decumates, regio Germaniae inter Lunum, Rhenum et Moenum, in qua Romani matur consederunt.

Agriaspae v. Ariaspae.

Agrigentum, Agrăgas, Acragas, antis, Siciliae meridional opp. in arduo monte positum. Fu Rhodiorum colonia per Gelenses Nomen nactum est a fluvio cognomine. Sita fuit urbs a mari XVII stadia; munita, pulchra et magnifica, ad mare tamen habebat emporium. Laudantur equi ad certam na olympia missi et tumuli ade honore adfecti. Opulentiam agr que fertilitatem laudat Diodor Sic., qui etiam varia urbis fata pe sequitur. Patria fuit Empedocli H. *Girgenti;* adj. Agrigentinus Acragantinus.

Agropolis, Novomarchi *Neumarkt od. Maros in Siebenbürge*

Aguntum, Aguntus, Indi Intica, urbs Norici ad Dravum; *Innichen.*

Agyrium, Civitas Agyre sis, Agyrēna, Agurium, A gyrion, urbs Siciliae ad Symaethu fluv., Diodori Sic. patria; h. *Filip d'Argiro,* aliis *Argirone;* cives Agy

nenses et Agyrini; adj. Agyrinensis et Agyrinus.

Aila, Ailana v. Elana.

Alabanda, ae et orum, Alabandum et Alabandus, urbs Asiae Min. in Caria prope Maeandrum fluv., sub Romanorum imperio commerciis florida; h. *Eblebanda*; incolae Alabandenses et Alabandeis; adj. Alabandensis, Alabandinus et Alabandus.

Alabastra, urbs Asiae Min. in Phrygia, ubi lapis alabaster invenitur.

Alabastron, Alabastrorum Oppidum, urbs Aegypti Super. ad quam alabastrites (lapis), gemmae genus, nascebatur. Plinius ibi montem ejusdem nominis esse refert.

Alabastrus, Asiae in Troade fluv. ex Ida monte oriens.

Alabon, Alavona, Alabona, urbs Vasconum in Hispania Tarrac.; fort. h. *Alagon.*

Alăbus, Alabis, Alabon, ōnis, Siciliae fluv., qui in Megarensem sinum se exonerat; h. *Cantara.*

Alaesa v. Halesa.

Alara, Alera, Allera, Hermionum in Germania fluv. in Visurgim exiens; h. *Aller.*

Alalia, Aleria, urbs Corsicae ad Rotanum fluv., quae a Phocensibus condita, eoque a Sulla colonia missa est; h. *Aleria.*

Alarinum, Larinum, *Larino in Italien.*

Alata Castra, Castra Exploratorum, Castra Puellarum, Burgus Alatus, Burgus Alarum, Edinum, Edenburgum; *Edinbourg in Schottland.*

Alatrium v. Aletrium.

Alauna, Alaunium, urbs Galliae Lugdun. in Unellis, s. Venellis; h. aliis *Quimper-Corentin*, aliis *Moustiers d'Alone.*

Alazon, ōnis, Alazonius, Asiae in Albania fluvius. Fontes habet in Caucaso, Cyroque infertur.

Alba, *Fl. Aube in Frankr.*

Alba v. Alpes Suevicae.

Alba, Vardulorum in Hispania Tarrac. metropolis; h. *Estella.*

Alba Augusta, Albaugusta, Alba Helviorum, Civitas Albensium, Albĭga, Albia, Vivarium, Helviorum in Gallia Narbon. urbs primaria; h. aliis *Viviers*, aliis *Alby*; adj. Albigensis, Albiensis, et Vivariensis; incolae Albienses.

Alba Carolina v. Apulum.

Alba Dominarum, *Abt. Frauenalb im Schwäb. Kreise.*

Alba Fucentia s. Fucentis, Alba Marsorum, urbs Italiae Propr. in Marsis ad Fucinum lacum; h. *Alba di Marsa*; incolae Albenses; adj. Albensis.

Alba Graeca s. Graecorum v. Taurunum.

Alba Helviorum v. Alba Augusta.

Alba Julia v. Apulum.

Alba Longa, Alba, urbs Italiae in Latio, ante Romam conditam metropolis ab Ascanio, Aeneae filio, aedificata atque a Tullo Hostilio eversa. Hanc poetae Dardananiam, Iliacam et Trojanam appellant; h. aliis *Alba*, aliis *Palazzolo* dicta; incolae Albani; adj. Albanus.

Alba Mala, Albamarla, *Aumale in Frankr.*

Alba Marsorum v. Alba Fucentia.

Albāna, urbs Asiae in Albania inter Albanum et Casium flumina; h. *Bachu.*

Albanācum, Albenacium, *Aubenas in Frankr.*

Albāni, Illyridis Graecae pop. in Macedoniae finibus, circa Albanopolin urbem, a quo postea tota regio nomen invenit.

Albania, Asiae terra, Iberiae ab oriente apposita et supra Mediam Hyrcanum Mare attingens; h. *Candahar u. Daghestan*; incolae Albani.

Albania, *Albanien od. Arnaut Vilageti, Türk. Prov.*, Albani u. Epirotae *d. Einw.*

Albaniae Portae s. Pylae v. Caspiae.

Albanopolis, Albania, urbs Illyridis Graecae in Macedoniae finibus ad Drinium fluvium; h. *Albanopoli.*

Albānum, Albanum Pompeji, urbs Italiae in Latio prope Albam Longam ad Albanum lacum; h. *Albano.*

Alba Pompeja, urbs Galliae Cispad. in Liguria ad Tanarum amnem, frugum feracissima, Pertina-

cis Imper. patria; h. *Alba;* incolae Albenses Pompejani.

Albānus, Asiae in Albania fluv.; in Armenia ortus in Caspiam Mare effunditur; h. aliis *Samure*, aliis *Cohan.*

Albānus s. Albius mons, extrema pars Alpium, Pannoniam Infer. ab Illyrico separans; h. *Alben.*

Albānus Lacus, Italiae, in Latio lacus, non procul a monte cognomine distans, quem Cicero Albanam aquam vocat; h. *Lago Castello od. di Gangolfe.*

Albānus Mons, in Latio situs, a Cicerone Albani Tumuli dicti, in quo templum erat Jovis Latialis. Nomen habet ab Alba Longa. In eo quotannis Feriae Latinae celebrabantur a Romanis et Latinis, in memoriam foederis olim inter eos icti. Curatio sacri erat Consulum. Fere ubin. *Castel Gangolfe.*

Alba Quercus, Albaquercum, *Albuquerque in Spanien.*

Alba Regalis, Albanum, *Stuhlweissenburg in Ungarn.*

Albece, Albioece, Civitas Rejensis s. Rejensium, Regium, Reji Apollinares, urbs Albioecorum in Gallia Narbon.; h. *Riez;* incolae Rejenses.

Albia, Albiga, Civitas Albigensium, urbs Galliae Aquit.; h. *Albi.*

Albigaunum v. Albium Ingaunum.

Albii Montes, in Creta insula, nive rigentes.

Albimontium, *Blamont in Lothringen.*

Albiniacum, *Aubigni im nördl. Frankr.*

Albion, Albiŏnis Insula v. Britannia.

Albipolis, *Hohenelbe, Bergst. in Böhmen.*

Albis, Albius, serius Alba, Albia, Germaniae in Hermunduris fluvius. Fontes habet in Sudetis montibus multisque fluminibus auctus in Mare Germanicum effunditur. Idem terminus fuit Drusi Tiberiique expeditionum. H. *Elbe.*

Albium Ingaunum, Galliae Cispad. in Liguria oppidum. Dicitur etiam Albingaunum, pro Albium Ingaunum vel Ingaunorum, qui fuerunt incolae. Seculo IX Albegaunum, serius Albenga et Albinga; h. *Albienga;* cives Ingauni et Albingauni Ligures.

Albium Intemelium, Municipium Intemelium, Albinimium, Albintemilium, Vintemelium, urbs Intemeliorum in Liguriae ora; h. *Vintimiglia.*

Albius v. Albis.

Albius Mons v. *Albanus.*

Albōna, Alvona, Alvum, urbs Illyrici in Liburnia ad Sinum Flanaticum; h. *Albona.*

Albula v. Tiberis.

Albŭla, Italiae Propr. in Pelignis fluv., quem quidam h. *Liberata* vocant.

Album Aestuarium, sinus Britanniae Rom., in quem Albus fluvius emittitur; h. *Humber.*

Album Burgum, Alba Castra, Castrum Album Naricorum, Alba, *Weissenburg im Fränk. Kr.*

Album Mare, Sinus Granvicus, *d. Weisse Meer im Nördl. Russl.*

Albunea sc. Fons, Aquae Albulae, in Sabinis fons non procul Tibure.

Alburnus, mons Italiae Infer. in Lucania, inter Calorem, Silarum et Tanagrum fluvios; h. *Monte di Postiglione.*

Alcala Regalis s. Regia, *Alcala Reale in Spanien.*

Alce, es, Alces, is, Alcaratium, urbs Hispaniae Tarrac. in Celtiberis; h. *Alcaraz.*

Alcēja, *Alzey in d. Unterpf.*

Alcimoënnis, urbs Vindelicae ad Danubium quam h. *Ulm. esse* putant.

Alcimoenum, Alcimunnis, Aureātum, Dryopolis, urbs Germaniae in Hermunduris ad Almonam fluvium; h. *Aichstädt;* adj. Aureatensis.

Alcmaria, Alcmarium, *Alkmaar in d. Niederlanden.*

Aldenarda, Aldenardum, *Oudenaarde in d. Niederlanden.*

Alduābis, Alduadūbis, Dubis, Dubius, Galliae Lugdun. fluvius. In Sequanis ad Juram montem oritur atque in Ambarris Arari jungitur; h. *Doubs od. Doux.*

Alea, urbs Peloponnesi in Ar-

adia, cum templis Dianae, Bacchii et Minervae, quae inde Alaca dicta est.

Alecta, Electa, Alētha, *Aleth* in *Frankr*

Alectorus, Alectoros, urbs Sarmatiae Europ. ad Borysthenis ostiam sita.

Alēius, Alēus Campus, Aleii Campi, Asiae Min. in Cilicia Campestri planities, in qua Bellerophon Pegaso, oestro agitato, excussus esse traditur.

Alemannia, Germaniae regio inter Rhenum, Moenum et Danubium; adj. Alemannicus.

Alemannia Propria, Algēa, Algovia, Almangavia, Germaniae regio, Lico, Danubio, Lacu Brigantino atque Norico terminata; h. *das Algau.*

Alemanni, Allemanni, Alamanni, Germaniae populus e Suevis ortus, sedem habuit inter Licum, Danubium, Moenum Rhenumque fluvios et Brigantinum Lacum.

Alemanni Monasterium, *Cl. Altmühl-Münster im Fränk. Kr.*

Alemannus fl. v. Almona.

Alena, Ala, Ola, *Aalen im Schw. Kr.*

Alenconium, *Alençon in Frankr.*

Alepum v. Beroea.

Alera fl. v. Alara.

Aleria v. Alalia.

Alesa v. Halesa.

Alesia, Alexia, Alessia, Alisia, urbs Mandubiorum in Galla Lugdun. munitissima, a Cacsare, victo Vercingetorige, deleta; h. *Alise od. S. Reine d'Alise.*

Alesia, Alesium, *Alais in Frankr.*

Alesiae, Peloponnesi in Laconia vicus, in Taygeto monte positus, ubi Myles, Lelegis filius, morum invenisse traditur.

Alesus, Italiae in Etruria fluv., qui in Tuscum mare egreditur; h. *Sanguinaria.*

Alēta, Alata, urbs Illyrici in Dalmatia, inter Naronam et Scodram; h. *Mosth.*

Aletina Provincia, Hydruntina Provincia, *Terra di Otranto in Neap.*

Aletium, Valetium, Baletium, Italiae Infer. in Japygia opp.; h. *Lecce*; incolae Aletini.

Aletrium, Alatrium, opp. in Latio Novo; h. *Alatri*; cives Aletrinātes et Aletrienses; adj. Aletrinas.

Aletum, Civitas Aletensis, Alita, urbs Cariosolitarum in Gallia Celt.; h. *Guich-Alet.*

Alexandrēa, mons Asiae in Mysia Mai. cum Ida connexus, cui Antandrus urbs adjacebat. Nobilitatus est Paridis judicio traditoque Veneri aureo Ates malo.

Alexandreschăta, Alexandria Ultima, urbs Persiae in Sogdiana ad Jaxartem fluv., ab Alexandro propugnaculum contra Scythas condita.

Alexandrīa s. Alexandrēa, Aegypti Infer. urbs primaria, ab Alexandro M. per Dinocharem architectum in angusto isthmo, qui Mareotida lacum a mare sejungit, condita. Olim spatiosa fuit, commodo ad mercatum faciendum situ, quatuor portubus instructa, aedificiis splendida, incolis frequentissima, bibliotheca celebris. Hodierna urbs eum locum occupat, ubi olim stetit Heptastadium inter continentem et Pharum, et ibique multa adhuc rudera veteris conspiciuntur; h. *Alexandria*, Arabibus *Scanderie.*

Alexandrīa, Alexandria ad Issum, urbs Asiae Min. in Cilicia ad Issum fluv. et sinum Adjacium; h. *Alexandrette od. Scanderoun.*

Alexandrīa ad Caucasum, Alexandria apud Paropamisadas, urbs Persiae ad radices Paropamisi montis, ab Alexandro, in Bactrianam proficiscente, exstructa.

Alexandrīa ad Confluentes Acesinis, opp. Mallorum in India intra Gangem, ubi Acesines et Indus miscentur, ab Alexandro M. aedificata; h. *Lahor.*

Alexandrīa, Alexandria apud Arachotos, Alexandropolis, urbs Persiae in Arachosia in Indiae finibus.

Alexandrīa, Alexandria Asiae, Alexandria Ariorum, urbs Persiae in Aria, ab Alexandro ad Arium fluvium aedificata.

Alexandrīa, urbs Persiae in Bactriana; fere ubi h. *Balkh.*

Alexandrīa, Antiochia,

Charax, Vallum, Castrum Pasini, Charax Pasini, Vallum Spasini, urbs Persiae in Characene (Susiana), inter Eulaeum et Pasitigrim fluvios. Fuit patria Dionys. Periegetae et Isidori Characeni.

Alexandria Oxiana, urbs Persiae ab Alexandro in Oxi ripa prope Bactrianae fines constituta.

Alexandria, Alex. ad Tanaim, urbs Sarmatiae Europ., quam Alexander aedificavit ad Tanaim eamque LX stadiorum muro cinxit.

Alexandria Statiellorum, Alexandria a Palea, urbs Galliae Cisalpinae in Liguria ad Tanarum fluv., a Mediolanensibus, Placentinis et Cremonensibus condita; h. *Alessandria od. Alexandria della Paglia.*

Alexandria s. Alexandrēa, Alexandria Troas, Antigonēa, Troas, opp. Troadis in Asia Min. ad Aegaei Maris littus, inter promontoria Lectum et Sigeum, ab Antigono in honorem Alexandri exstructum et nominatum; cujus ruinae sunt, ubi n. *Eski-Stambul.*

Alexandri Castra et Arae, ad Hyphasim in India ab Alexandro ibi exstructae, ubi ab exercitu, ut rediret, coactus erat.

Alexandri Castra, locus Marmaricae in Ammonia, ubi Macedonum exercitus castra posuerat, cum Alexander ad Jovis Ammonis templum moraretur.

Alexandrĭon, Alexandrium, Palaestinae in Samaria castellum in monte positum; h. *Carasia.*

Alexandropolis v. Alexandria in Arachosia.

Alexia v. Alesia.

Alexodunum, *Hexham in Engl.*

Algeria, Algaria, *Alghier in Sardinien.*

Algerĭa, Algerium, Algarium, *Algier im nördl. Africa*; adj. Algerianus; v. etiam Caesarea Mauret.

Algĭdum, Aequorum in Latio opp. in Algido monte situm; h. *Rocca di Papa*; adj. Algidensis.

Algĭdus, Algidon, Italiae Med. in Aequis mons altus, cum Tusculanis montibus connexus. Romanorum cum Aequis bellis magis innotuit. Regio circa illum vocatur Algida; h. *Monte dell Algido.*

Algovia v. Alemannia Propri

Aliacmon v. Haliacmon.

Aliartus v. Haliartus.

Alicanta, Alicantium, *Alicante in Spanien*; v. etiam Lucenti

Alicanum, Halicanum, Hilicanum, Rachelburgum, Rachelburgum, Pannoniae Super.; h. *Rackasburg, Rakesburg, in Steyermark.*

Alĭfa, Allifae, Allipha, Aliphae, Allifae, urbs Italiae Inf in Samnio inter Venafrum et Sabatu fluvios; h. *Alifi od. Alphi in Neap* adj. Allifanus; incolae Allifani.

Alinda, Asiae Min. in Car castellum munitissimum, quod A regina Alexandro sponte tradidi h. *Mogla od. Mulla*; incolae Alin dienses.

Alingo, Portus Alingoni urbs Vasatum s. Vocatum in Gall Aquitan. ad Garumnam; h. *Langon*

Alĭōne, Alōne, Lancastri urbs Brigantum in Britannia Rom h. *Lancaster.*

Aliphēra, urbs Peloponnesi Arcadia cum Aesculapii et Min vae templo; incolae Alipheraei.

Alisium, urbs Harūdum in Ge mania, ad Nicerum; h. *Heilbron*

Alĭso, Eliso, Alma, Sicar brorum in Germania fluv., qui Lu piae miscetur; h. *Alme*; nonnul *Lise b. Lisborn.*

Alĭso, Aliso Romanorum castrum Germanicae in Sicambria Druso ad confluentem Alisonis Luppiae contra illorum incursion exstructum; h. aliis *Lisborn*, a vicus *Elsen.*

Alĭso, Alisum, Vesalia I ferior, Sicambrorum in Germa opp., ubi Luppia in Rhenum influ quod a Germanico aedificari co tum est; h. *Niederwesel od. Wese*

Alisontia, Alizuntа, Gall Belg. fluvius parvus; h. *Elze.*

Allia, Italiae Propr. in Sabi fluv., qui Tiberi miscetur. Ad e magnam Romanis cladem attul Galli Senones Brenno duce; h. *A* adj. Alliensis.

Allieni Forum v. Ferrara.

Allifae v. Alifa.

Allobrŏges s. Allobryge populi Transalpini, qui Narbonen bus adscribuntur. Eorum sedem in

laram et Rhodanum, Lemannum lacum et Alpium partem quidam ponunt. Male pacatam gentem vocat Cicero, nec, cum I. Caesar Galliam regeret, bono in Romanos animo fuisse ex eodem notum est. Victoriam de iis reportavit Fabius, unde Allobrogicus dictus est. H. ubi *Dauphiné u. Savoyen.*

Alma fl. v. Aliso.

Almana, urbs Macedoniae in Mygdonia ad Axium fluvium.

Almangavia i. q. Alemannia Propria.

Almantica, *Fleck. Almansae in Neu-Cast. in Span.*

Almeria, urbs Hispan. Baet. ad ostium fluminis cognominis; h. *Almeria.*

Almo, ōnis, parvus Italiae fluvius, Romae vicinus, in quo Cybeles sacerdotes ejus statuam cultrosque victimarios lavabant; h. *Aquataccio.*

Almōna, Almonus, Alemannus, Alemo, Germaniae fluv. in Hermunduris, in Danubium exiens; h. *Altmühl.*

Almus, Alma, mons Pannoniae Illir. prope Sirmium, quem Probus Imper., praestantissimis vitibus ex Italia allatis, militari opere coluerit. Accolae illum *Arpatario* et *Sarosul* appellare dicuntur.

Alnetensis s. Alunensis, Alaitenais Tractus, *Aunis od. Pais d'Aunis, in Frankr.*

Alnovia, *Jölsva od. Jelsava in Ungarn.*

Alōne, Alona, Alonae, urbs Bastetanorum in Hispania Tarrac. inter Carthaginem Novam et Lucentum. Nomen habet ἀπὸ τῶν ἁλῶν, quod olim, ut nunc, praestantissimo sale abundabat. H. esse *Gadaur*, situm in paeninsula ad os Taderis fluvii putant; alii vero *Attea s. Villa joyosa* nominant.

Alōne v. Alione.

Alonta, Asiae fluvius. Oritur in Caucaso monte, Albaniam et Sarmatiam Asiat. disterminat atque in Caspium Mare evolvitur. H. *Tereck.*

Alŏpe, urbs Graeciae in Locride.

Alopĕce, Alopeae, Atticae vicus, XII stadiis Athenis distans; Socratis locus natalis.

Alōrus, Aloros, urbs Macedoniae in Pieria; cives Aloritae.

Alorus, urbs Macedoniae in Paeonia.

Alostum, *Alost od. Aelst in den Niederl.*; adj. Alostanus.

Alpēnos, Locrorum Epicnemidiorum in Graecia metropolis, non procul Thermopylis sita.

Alpes, ium, Alpini Montes, Alpina Juga, Alpis, montes Europae altissimi, iuxta Genuam incipientes, et usque ad ultimum Adriatici Sinus recessum pertinentes. Galliam Transalpinam a Cisalpina dividebant. Iidem montes dicti etiam sunt Alpia et Albia. Olim aic quoque Rhipaeos montes vocarunt et postea hoc nomen de altis montibus positum reperitur. Nomen ducunt e lingua Celtica, in qua alti montes Alpes vocantur. Qui hodie eos emensi sunt, earum summum fastigium esse putant montem S. Bernhardi. Variis incolebantur populis, a quibus Alpes nominantur Noricae, Venetae, Pannoniae, Carnicae. H. *die Alpen*; adj. Alpicus, Alpinus.

Alpes, Alpium Urbs, *Aulps, Aups in Frankr.*

Alpes Bastarnicae v. Carpates.

Alpes Carnĭcae, a Dravo incipientes Carinthiam ab Italia Super. disterminant, Styriae et Carinthiae partem occupant, Savique fontes constituunt.

Alpes Cottiae, Alpes Cottianae, cum Maritimis Alpibus Galliam Cisalpinam a Transalpina sejungunt, atque a Vesulo monte usque ad Vari ostium pertinent; Cottiae dictae sunt a Cottio regulo, cujus regnum a Nerone in provinciae formam redactum est; h. *d. Alpen zw. Dauphiné u. Piemont.*

Alpes Euganeae, Carnicarum pars usque Vincentiam Veronamque extenduntur.

Alpes Grajae, Saltus Grajus, Grajus Mons, a Vesulo usque ad Montem Jovis (*S. Bernhard*) porriguntur. Has Hercules transgressus esse traditur.

Alpes Juliae, Venĕtae, Pannoniae, sitae sunt inter Carinthiam, Carniolam, Istriam prope

Forum Julium. In iis J. Caesar viam munire incepit, quam Augustus confecit. Earum pars Ocra dicebatur; ubi h. *der Birnbaumer Wald.*

Alpes Lepontiae, Alpes Lepontinae, inter Rheni fontes et Verbanum Lacum, in quibus Rhodanus, Ticinus et Araris oriuntur, parsque sunt Adulae meridionalis.

Alpes Maritimae, Alpes Littoreae, quae iuxta Mare Mediterraneum extenduntur et Galliam Transalpinam a Liguria separant. In earum vertice posita erant tropaea in Augusti honorem exstructa; h. *c. Theil v. Provence u. d. Grafsch. Nizza.*

Alpes Norĭcae, iuxta Murum fluvium per Styriam porriguntur et per Carinthiam in Pannoniam Infer. procurrunt.

Alpes Pannoniae v. Alpes Juliae.

Alpes Penninae. Poeninae, inter Veragros et Salassos usque in Helvetiam pertinebant; h. *ubi der grosse Bernhard.*

Alpes Rhaeticae, Juga Rhaetica, ab Adula per Rhaetiam usque in Tirolim extenduntur, in quibus Aenus, Athesis, Addua pluresque alii fluvii nascuntur. Has Drusus et Tiberius superantes in Rhaetiam penetrarunt.

Alpes Suevĭcae, Alpagovia, Alpegovia, Alpes, Alba, *die Alp, rauhe Alp, Berge im Schw. Kr.*

Alpes Summae v. Adula.

Alpes Tridentinae, Juga Tridentina, supra Tridentum attolluntur et Rhaeticarum Alpium latus sunt.

Alpes Venetae v. Alpes Juliae.

Alphēus, Alpheos, fl. Peloponnesi in Arcadia. Antea dictus est Nyctĭmus, post Stymphălus, denique Alpheus a submersis ibidem hominibus. Fontem primum habuit ad Phylăcem; post terram subiit et emersit ad Aseam Arcadiae, ubi novi veluti fontes erant, mistusque cum Eurota iterum sub terram depressus separatim prodiit et, receptis Celadone, Erymantho aliisque fluviis, Pisaeorum oppidum, Tryŏessam, uti post Epithalium praterfluebat, ubi erat vadosus, deinceps Aulona, Lepreum, ubi erat navigabilis ac prope Olympiam in sinum Cyparissium excurrebat. Nota est fabula, quod subter maria terrasque depressus in Sicilia erumpat in Arethusae fonte. H. *Carbon;* adj. Alphēus.

Alpis Cottia i. e. Vesulus. Hanc transscendens Hannibal in Italiam penetravit; h. *Viso u. Cenis.*

Alpis Graja, i. q. Mons S. Bernhardi Minor.

Alsa, Alsena, *Ins. Alsen im kl. Belt.*

Alsa, Venetorum in Gallia Transpad. fluv. prope Aquilejam, ubi Constantinus, Const. M. filius, a Constante fratre victus cecidit; h. *Ause.*

Alsatia, Elisatia, *Elsass;* d. *Einw.* Alsātae et Alsati; adj. Alsaticus; v. etiam Tribocci.

Alsium, Colonia Alsiensis, urbs Italiae in Etruria, non longe ab Arni ostio sita; bello Punico primo facta est colonia Romana; h. *Palo;* adj. Alsiensis et Alsius.

Altae Ripae v. Brega.

Altajus Mons, Altaji Montes; Annibi Montes, in Scythia extra Imaum; h. *Altai.*

Alta Specula, Summontorium, *Marktfl. Hohenwarth in Baiern.*

Altenavia, Altonavia, *Altona b. Hamburg.*

Altha, urbs Asiae in Babylonia ad Tigridem fluv., ubi in duo cornua separatur et Mesenen insulam facit.

Althaea, Carteja, Olcadum in Hispania Tarrac. opp.; h. *Orgaz.*

Altinae, Eltenum, *Stift Elten im Westph. Kr.*

Altinum, Galliae Transpad. in Venetis municipium ad Silim flumen; h. *Altino;* incolae Altinates; adj. Altinas et Altinus.

Altissiodorum v. Antissiodorum.

Altorphium, Palaeocome *Altorf im Fränk. Kr.*

Altum Castrum, Alta Ara, Vicegradum, Vissegradum *Wischegrad od. Plintenburg in Ungarn.*

Alunensis Tractus v. Alnensis T.

Aluatium, Haluntium, urbs Siciliae maritima; incolae Aluntini; adj. Aluntinus.

Aluta, Alutha, Alvata, Alvatus, Olta, Daciae fluvius. Oritur in Carpatibus et Danubio miscetur; h. *Aluta, Alt od. Olt.*

Alverni v. Arverni.

Alvincium, *Winza, Winzendorf in Siebenb.*

Alvona, Alvum v. Albona.

Aliatta, Aliatti, orum, urbs Asiae Min. in Bithynia Galatiae finitima.

Alyzēa, Alyzia, urbs Graeciae Propr. in Acarnania, citra Leucadem.

Amades, Amedes, Amisium, *Hohenembs od. Ems in Tirol.*

Amagetobrīga, Amagetobria, Amagetrobia, Magetrobia, urbs Galliae Lugdun. in Sequanis; h. quibusdam *la Moigte de Broie.*

Amalphis, Amalphia, *Amalfi, Sect. in Neapel;* adj. Amalphitanus.

Amalthēa, villa Pomp. Attici in Epiro, in qua Amaltheum gymnasium fuisse videtur.

Amana, mons Syriae Antilibani in Gaulonitide ramus.

Amana fl. v. Chrysorrhoas.

Amana, *Fl. Ohm in Hessen.*

Amandopolis, *S. Amand im nördl. Frankr.*

Amāni Portae, Amanicae Pylae, Amanides s. Amanidae Pylae, fauces Amani montis inter Ciliciam Campestrem et Syriam in Epiphaniae urbis vicinia, per quas Darius penetrans ad Issum fl. venit; h. nonnullis *Scanderona.*

Amanienses v. Amanus.

Amantia, Amentia v. Clampetia; adj. Amantianus.

Amantia, Epiri in Orestide urbs maritima inter Oricum et Aulonem; cives Amantini.

Amānus, Tauri montis latus in Asia Min. Alii eum Cappadociae alii Syriae adscribunt, plerique in finibus Ciliciae et Syriae ponunt. Inclaruit Alexandri et Darii transitu, et Ciceronis expeditione ac victoria de praedonibus. H. *Monte Negro;* aliis *Lukan;* incolae Amanenses.

Amari Lacus, Aegypti Infer. prope Heroopolim lacus, qui Sinum Arabicum cum Trajani Fluvio conjunxit.

Amarynthus, oppidulum vel vicus Euboeae, in quo Diana Amarysia colebatur, quam Livius Amarynthidem appellat.

Amasēa, Amasia, Asiae Min. in Ponto ad Iridem fluvium opp., Ponticorum regum sedes et Strabonis patria; h. *Amasia, Amasiah.*

Amasia, Amasius, Amisia, Amisius, Amasis, Germaniae fluvius, in Bructeris ortus, qui per Sinum Dollarium in Mare Germanicum prope Burchanam insulam emittitur. Ad illum Bructeri a Druso victi sunt; h. *Ems.*

Amasia, Amisia, Emda, urbs Chaucorum in Germania ad fluvium cognominem; h. *Emden.*

Amasia Cattorum v. Mattium.

Amastra, Amestratus, Mutistratus, urbs Siciliae; h. *Mistretta;* cives Mutistratini.

Amastris, Amastrum, Amastrianorum Civitas, v. Sesamus.

Amatha v. Epiphania Syr.

Amăthus, untis, urbs Cypri insulae prope Citium, in qua Venus Amathusia s. Amathuntia atque Adonis praecipua religione colebantur; h. *Limisso;* cives Amathusii; adj. Amathusius, Amathuntius, Amathuntēus et Amathusiacus.

Amăthus, untis, Psamathus, untis, Peloponnesi in Laconica urbs maritima, inter Taenarium et Eurotam sita.

Amathus, untis, opp. Palaestinae in Peraea Inferiore.

Amathusia, Amathusa v. Cyprus.

Amazŏnes, Scythicae erant mulieres et belliçosae, quippe magnam Asiae partem occupaverant, earumque aliae ad Thermodonta fluvium, aliae prope Tanain, aliae in Libya quoque habitabant. Unde nomen acceperint, perinde incertum est, ac tota eorum historia fabulas redolet. Sing. Amazon et Amazŏnis, idis; adj. Amazonicus et Amazonius.

Amazonĭdum s. Amazŏnum Fluvius, *Amazonenfluss od. Maranhon im Südl. Amerika.*

Amazonĭdum s. Amazŏnum regio, *Amazonenland, an beyd. Ufern ebend. Flusses.*

Amazonium v. Cume Aeolidis.

Amazonius v. Tanais.

Amazonius Mons, Asiae Min. mons in Ponto ad Thermodonta fluvium.

Ambacia, Ambasia, Ambascia, Ambosia, *Amboise in Frankr.*

Amber, Ambra, Ambro, Vindeliciae fluv., qui in Isargum effunditur; h. *Amber.*

Ambiani, pop. Galliae Belgicae inter Bellovacos et Nervios; ubi h. *Picardie.*

Ambiānum, Ambianensis s. Ambianensium Civitas v. Samarobriva.

Ambitarinus, Ambiatinus, Ambiativus Vicus, locus Galliae Belg. in Treviris, ubi C. Caligula, Caes. Germanici filius, natus est; fort. *Capelle b. Coblenz.*

Ambletosa, Ambleteolium, *Seest. Ambleteuse im nördl. Frankr.*

Ambra, Ambarum, urbs Vindeliciae ad fluvium ejusdem nominis; h. *Bruck an d. Amber.*

Ambra, Emmera Magna, Hermionum in Germania fluv. in Visurgim exiens; h. *die Emmer.*

Ambracia, urbs Epiri. Corinthiorum coloniam faciunt multi et conditorem indicant Gorgum, Cypseli filium. Urbs fuit Thesprotiae, haec autem pars Epiri. In situ ad Ambracium Sinum conveniunt, at in vera sede discrepant. Fuit oppidum munitum et templum Minervae habuit. Augustus et hanc urbem civibus, ad frequentandam Nicopolim suam, nudavit. H. *Ambrakia*, aliis *Arta*; cives Ambraciotae et Ambracienses; adj. Ambracius et Ambraciensis.

Ambracius Sinus, in Epiro, quam ab Acarnania separabat, quarum illa erat ad septentrionem, haec ad meridiem; h. *Golfo dell' Arta.*

Ambrae Lacus, Ambronis Lacus, *der Ammersee b. Landsberg in Baiern.*

Ambria, *das Ammerland b. Ostfriesland.*

Ambrosiopolis, Saxopolis, Brossa, *Brosz od. Broos in Siebenbürgen.*

Ambronicus Pagus, Helvetiorum pagus prope Saledurum; ubi h. *Solothurn.*

Ambrўsus, Ambryssus, Amphrysus, urbs Graeciae Propr. in Phocide ad Parnasi radices.

Amenanus, Amenas, Siciliae fluv. prope Catanam; adj. Amenanus; h. quibusdam *Judicelle.*

Ameria, Italiae Propr. in Umbria municipium ad Tiberim; h. *Amelia*; adj. Amerinus.

Ameria, *Aymeries, in Frankr. an d. Sambre.*

Amerīnum Castellum, Italiae in Etruria ad Lacum Vadimonis.

Amestratus v. Amastra.

Amĭda, Armeniae Mai. in Sophene ad Tigridem opp., quondam a Sapore, Persarum rege, ingenti exercitu obsessum captumque caesis Romanis. Idem post a Constantino amplificatum est; h. *Diarbekhr, Diarbekir.*

Amilhanum v. Aemilianum.

Aminea, Amminea, Aminnea, Aminae, regio Italiae in Campania, ferax optimi vini, postea Falernus ager dictus; h. *Terra di Lavoro.* Incolae Aminei; adj. Amineus, Ammineus, Aminneus, Aminnaeus.

Amisēnus Sinus, Asiae in Ponto Galatico ad Pont. Euxinum sinus inter ostium Halўos et promont. Heracleum.

Amisia, Amisius fl. v. Amasia.

Amisia urbs v. Amasia.

Amisium v. Amades.

Amisus, Amisum, Amisenorum Civitas, Amisum Liberum, urbs Asiae Min. in Ponto Galatico, ad sinum ab ea dictum perquam opulenta et florens, quam tulit Demetrium et Tyrannionem Grammaticum, Strabonis praeceptorem, ac varia per bellum Mithridaticum subiit fata. H. vocatur *Samsun*; cives Amisēni.

Amiternum, opp. Italiae Propr. in Sabinis in Vestinorum finibus prope Aterni fluminis fontes. Sallustii fuit patria; h. *S. Viterino*

incolae Amiternini; adj. Amiternus et Amiterninus.

Amma, Emmana, d. beyden Flüsse Emmat oder Emme in der Schweiz.

Ammodes, promont. Asiae Min. in Cilicia inter Cydnum et Piramum fluvios.

Ammon s. Hammon, ōnis, urbs Africae in Marmarica, triplici muro cincta; adj. Ammoniacus.

Ammoniaca Regio, Hammoniacus Nomos, regio Marmaricae, in qua Jovis Ammonis erat templum; h. Schiwa; incolae Ammonii.

Amnisus, urbs Cretae ins. ad fluvii cognominis ostium cum portu, Minois regia.

Amorgos, Amorgus, Maris Aegaei insula ex Sporadibus; Simonidis poëtae patria; h. Amorgos, Morgo.

Amorium, urbs Asiae Min. in Phrygia Magna ad Sangarium fluvium, in qua Aesopus natus esse dicitur.

Ampelusia, Ἀμπελουσία sc. ἄκρα, prom. Mauretaniae Tingit. contra Gades, quod Afri Cota s. Cottes appellant. A vitibus, quarum singularem magnitudinem in Mauretania praedicat Strabo, plura loca cognomen sumserunt, ut docet Stephanus sub ἄμπελος. H. Cabo de Spartel.

Amphilochi et Amphilochia v. Argos Amphilochicum.

Amphimalla, Amphimallium, Amphimala, etiam Pantomatrion, urbs maritima Cretae ins. ad Sinum Amphimalem s. Amphimallium; h. Suda.

Amphipolis, serius Ἐννέα ὁδοί, Novem Viae; Christopolis, urbs Macedoniae in Edonide ad Strymona fluvium. Plura antiquitus nomina gessit. Amphipolin nominavit Agnon, qui eo coloniam Atticam deduxit, et Thucydides nominis causam a Strymone utrinque circumfluente derivat. Urbs habuit monumenta in Agnonis honorem; at cum Brasidas Spartanus a bello Peloponnesiaco eam cepisset, tantum sibi civium amorem conciliavit, ut, dejectis Agnonis monumentis, vivus et mortuus tanquam heros coleretur, adeoque novus conditor haberetur. Post Persea debellatum fuit caput Macedoniae. Hodiernum nomen est Jamboli; cives Amphipolitani et Amphipolitae; adj. Amphipolitanus.

Amphipolis Syriae v. Thapsacus.

Amphissa, urbs Graeciae in Locris Ozolis; h. Salona, aliis Arocella; incolae Amphissenses Locri; adj. Amphissius.

Amphrȳsus, Amphryssus, Thessaliae in Magnesia fluv., qui in Pagasaeum sinum exit. Juxta eum Apollo Admeti regis armenta novem annis pavisse traditur.

Ampla, Fl. Abenst in Baiern.

Ampsacus, Ampsaga, Fluvius Cirtensis, fluv. Africae, Numidiam Propriam a Numidia Massaesylorum dividebat, Cirtam praeterfluebat atque apud Igilgilis in Mare Internum effunditur. H. El Kibir, aliis Suf-jimmar od. Rummel.

Ampsanctus Lacus, Amsanctus, Lacus Ampsancti, Italiae Infer. in Hirpinis lacus, pestilentem vaporem exhalans; h. Amsainte.

Amstelaedāmum, Amstelodamum, Amstelredamum, Amsterodamum, Amsterodama, Amsterdam; adj.; Amstelodamensis, Amsterodamensis.

Amȳclae, Amuclae, Italiae in Novo Latio urbs maritima inter Tarracinam et Cajetam. Ita appellatae sunt a Laconibus, Castoris et Pollucis comitibus, atque ab Amyclis in Laconica. Cujus cum cives secundum Pythagorae decreta ab esu carnium et animalium caede abstinerent, serpentesque in vicinis paludibus natos occidere nefas putarent, ab iisdem necati esse dicuntur. Prope illam antrum est, in quo Tiberius Imper. paene interiit; h. aliis Amicle, aliis Vardonia; adj. Amyclaeus.

Amȳclae, Amyclae Apollineae, Amyclae Ledaeae, urbs Peloponnesi in Laconica. Nomen urbs nacta est ab Amycla, Lacedaemonis filio. A Sparta XX stadiis distans sita erat in amoeno et fertili agro. Celebre ibi fuit templum Apollinis, et Leda sedem ibi

habebat Mare Internum, Mauretaniam, Gaetuliam et Cyrenaicam, et complectebatur Numidiam ac praeter Carthaginis etiam Syrticam regionem. Dividebatur in Zeugitanam et Byzacium; h. *Tunis u. Tripolis.*

Africa Septentrionalis, Africa ad Mare Mediterraneum sita, Bereberum Terra Barbaria; *d. Küste der Barbarei (Berb.) u. Barcan.*

Agamna, urbs Asiae in Mesopotamia ad Saocorae et Euphratis confluentem; h. *Kahem.*

Aganippe, es fons Boeotiae in Helicone monte, Musis sacratus; adj. Aganippēus, Aganippis idis, f.

Agara, urbs Indiae intra Gangem; h. *Agra.*

Agari s. Argari Urbs, in India intra Gangem ad Sinum Argaricum; fort. h. *Artingari.*

Agatha, ins. ad Galliae Narbon. oram, urbi cognomini opposita; quae Blascon etiam dicitur; h. *Brescon.*

Agathe, Agatha, Agathopolis, Tectosagum in Gallia Narbon. ad Araurim fluviumo ppidum. Quidam a Phocaeis conditum ferunt, alii a Massiliensibus, quod facile componi potest, quod Phocaei Massiliae conditores fuerint. H. *Agde*; Incolae Agathenses.

Aathopolis, Fanum Sanctae Agathae, s. *Agata di Goti in Neapolis.*

Agathos Daemon, Agathodaemon, Magnus Fluvius, occien-dtale Nili cornu, quod prr Heracleo-ttcum sive Canopicum ostium mari infundebatur.

Agathymum, urbs Siciliae inter Himeram flumen et Pelorum prom. posita.

Agathyrna, Agathyrnum, urbs in ora septentrionali Siciliae; h. *Capo di Orlando.*

Agathyrsi, populus Daciae Mari fluvio adsidens; ubi h. *Siebenbürgen.*

Agdistis v. Dindymus.

Agedūnum, Acitodunum, urbs Lemovicum in Gallia Aquit.; h. *Ahun.*

Agelocum, Adelocum, Segelocum, Coritanorum in Britannia Rom. opp.; h. aliis *Idleton*, aliis *Littleborough.*

Agendicum, Agedicum Agedincum, Senŏnes, Senonis, opp. Galliae Celt. in Senonibus; h. *Sens*; adj. Senonensis.

Ager Bruttius v. Bruttii.

Agger s. Catarracta Gandavensis, *Sas van Gend in de Niederlanden.*

Agino, Agnius, Euneno, As Galliae Belg. fluv., in Atrebatibu ortus Morinos alluit atque in Mar Britannicum effunditur; h. *Aa.*

Aginum, Aginnum, Agenno Nitiobrigum, Civitas Agin nensis, urbs Galliae Aquitan. (in Ni tiobrigibus; h. *Agen*; adj. Aginnensis

Agnettinum, Enjedinum *Agneten od. Engetten in Siebenb.*

Agrăgas, antis, mons Siciliae ad quem Agrigentum situm est.

Agrăgas s. Acragas, Sicilia fluv., in monte ejusdem nomin ortus, qui prope Agrigentum Hyp sae jungitur ibique in mare emitt tur; h. *Girgenti od. Fiume di Nar*

Agria, Jazygum Metanistaru in Pannonia Infer. opp.; h. *Erla*

Agri Decumates, regio Ge maniae inter Lunum, Rhenum Moenum, in qua Romani matu consederunt.

Agriaspae v. Ariaspae.

Agrigentum, Agrăgas, Acragas, antis, Siciliae meridiona opp. in arduo monte positum. Fu Rhodiorum colonia per Gelens Nomen nactum est a fluvio cogn mine. Sita fuit urbs a mari XV stadia; munita, pulchra et magn fica, ad mare tamen habebat e porium. Laudantur equi ad certam na olympia missi et tumuli ad honore adfecti. Opulentiam ag que fertilitatem laudat Diodor Sic., qui etiam varia urbis fata p sequitur. Patria fuit Empedoc H. *Girgenti*; adj. Agrigentinus Acragantinus.

Agropolis, Novomarch *Neumarkt od. Maros in Siebenbürg*

Aguntum, Aguntus, Ind Intica, urbs Norici ad Dravum; *Innichen.*

Agyrium, Civitas Agyr sis, Agyrēna, Agurium, A gyrion, urbs Siciliae ad Symaeth fluv., Diodori Sic. patria; h. *Filiq d'Argiro*, aliis *Argirone*; cives Agy

nenses et Agyrini; adj. Agyrinensis et Agyrinus.

Aila, Ailana v. Elana.

Alabanda, ae et orum, Alabandum et Alabandus, urbs Asiae Min. in Caria prope Maeandrum fluv., sub Romanorum imperio commerciis florida; h. *Eblebanda*; incolae Alabandenses et Alabandeis; adj. Alabandensis, Alabandinus et Alabandus.

Alabastra, urbs Asiae Min. in Phrygia, ubi lapis alabaster invenitur.

Alabastron, Alabastrorum Oppidum, urbs Aegypti Super. ad quam alabastrites (lapis), gemmae genus, nascebatur. Plinius ibi montem ejusdem nominis esse refert.

Alabastrus, Asiae in Troade fluv. ex Ida monte oriens.

Alabon, Alavona, Alabona, urbs Vasconum in Hispania Tarrac.; fort. h. *Alagon*.

Alăbus, Alabis, Alabon, ōnis, Siciliae fluv., qui in Megarensem sinum se exonerat; h. *Cantara*.

Alaesa v. Halesa.

Alara, Alera, Allera, Hermionum in Germania fluv. in Visurgim exiens; h. *Aller*.

Alalia, Aleria, urbs Corsicae ad Rotanum fluv., quae a Phocensibus condita, eoque a Sulla colonia missa est; h. *Aleria*.

Alarinum, Larinum, *Larino in Italien*.

Alata Castra, Castra Exploratorum, Castra Puellarum, Burgus Alatus, Burgus Alarum, Edinum, Edenburgum; *Edinbourg in Schottland*.

Alatrium v. Aletrium.

Alauna, Alaunium, urbs Galliae Lugdun. in Unellis, s. Venellis; h. aliis *Quimper-Corentin*, aliis *Moustiers d'Alone*.

Alazon, ōnis, Alazonius, Asiae in Albania fluvius. Fontes habet in Caucaso, Cyroque infertur.

Alba, *Fl. Aube in Frankr.*

Alba v. Alpes Suevicae.

Alba, Vardulorum in Hispania Tarrac. metropolis; h. *Estella*.

Alba Augusta, Albaugusta, Alba Helviorum, Civitas Albensium, Albĭga, Albia, Vivarium, Helviorum in Gallia Narbon. urbs primaria; h. aliis *Viviers*, aliis *Alby*; adj. Albigensis, Albiensis, et Vivariensis; incolae Albienses.

Alba Carolina v. Apulum.

Alba Dominarum, *Abt. Frauenalb im Schwäb. Kreise.*

Alba Fucentia s. Fucentis, Alba Marsorum, urbs Italiae Propr. in Marsis ad Fucinum lacum; h. *Alba di Marsa*; incolae Albenses; adj. Albensis.

Alba Graeca s. Graecorum v. Taurunum.

Alba Helviorum v. Alba Augusta.

Alba Julia v. Apulum.

Alba Longa, Alba, urbs Italiae in Latio, ante Romam conditam metropolis ab Ascanio, Aeneae filio, aedificata atque a Tullo Hostilio eversa. Hanc poetae Dardananiam, Iliacam et Trojanam appellant; h. aliis *Alba*, aliis *Palazzolo* dicta; incolae Albani; adj. Albanus.

Alba Mala, Albamarla, *Aumale in Frankr.*

Alba Marsorum v. Alba Fucentia.

Albāna, urbs Asiae in Albania inter Albanum et Casium flumina; h. *Bachu*.

Albanācum, Albenacium, *Aubenas in Frankr.*

Albāni, Illyridis Graecae pop. in Macedoniae finibus, circa Albanopolin urbem, a quo postea tota regio nomen invenit.

Albania, Asiae terra, Iberiae ab oriente apposita et supra Mediam Hyrcanum Mare attingens; h. *Candahar u. Daghestan*; incolae Albani.

Albania, *Albanien od. Arnaut Vilageti, Türk. Prov.*, Albani u. Epirotae *d. Einw.*

Albaniae Portae s. Pylae v. Caspiae.

Albanopolis, Albania, urbs Illyridis Graecae in Macedoniae finibus ad Drinium fluvium; h. *Albanopoli*.

Albānum, Albanum Pompeji, urbs Italiae in Latio prope Albam Longam ad Albanum lacum; h. *Albano*.

Alba Pompeja, urbs Galliae Cispad. in Liguria ad Tanarum amnem, frugum feracissima, Pertina-

Angĭa, Angianum, *Enghien in d. Niederlanden.*

Angitiae s. Anguitiae Lucus, Italiae Med. in Marsis prope Fucinum lacum nemus. Nomen traxit ab Angitia, Medeae sorore, quae Marsos veneni remedia docuisse, ibique pro dea culta esse traditur; accolae Lucenses dicebantur.

Angleria, *Anglkiere in Oberitalien.*

Anglia, Anglia Minor, *d. Ländchen Anglen od. Angeln in Schleswick.*

Anglia, *England*; Angli *d. Einw.*; adj. Anglicus u. Anglicanus; v. Britannia.

Anglomonasterium, *Ingelmünster in d. Niederlanden.*

Anglorum Insula v. Monabia.

Angria v. Angaria.

Angrivarii v. Angarii.

Angŭlum, Angulus, Angelopolis ad Mare, urbs Italiae Infer. in Vestinis; h. *Angelo.*

Angulus Alpium, *Albeck im Schw. Kr.*

Anianae Thermae, locus Italiae in Campania prope Cumas; h. *Agnano.*

Anianus, Agnanus Lacus in Campania; h. *Lago d'Agnano.*

Anicium, Podium, Vellava Urbs, Urbs Vellavorum, opp. Galliae Transalpinae in Cebenna; h. *Puy, le Puy en Velai.*

Anien, ēnis, Anio, ōnis, Italiae Propr. fluvius. In montibus Trebanorum oritur, Latium a Sabina separat, atque Tiburtinum agrum irrigat, ubi ex alto in subjectam vallem magno impetu devolvitur, ac deinde per plana fluens Tiberi miscetur; h. *Teverone*; accola Aniensicola; adj. Anienus et Aniensis.

Anisia v. Anasum.

Anisus, Anistus fl. v. Anasus.

Annabŏni s. Anniboni Insula, *Annabon od. Bonanno Ins. b. Africa.*

Anopaea, Graeciae in Locride mons, Oetae pars, iuxta quem angusta erat via, qua Persae ad Lacedaemonios apud Thermopylas accedere poterant.

Anopolis v. Araden.

Anser, Serculus, Italiae Prop. fluvius, qui in Apenninis ortus in Mare Etruscum infra Arnum egreditur; h. *Serchio.*

Ansibarii, Ansivarii, Germaniae pop. ad Visurgim et Lupiam habitans; ubi h. *Minden, Lippe u. Paderborn.*

Antaeopŏlis, urbs princeps Antaeopolitae Nomi in Aegypto Superior. s. Thebaide in occidentali ripa Nili posita.

Antandrus, Antandros, Atandrus, Cimmĕris, Edonis, urbs Asiae in Mysia Majore ad radices Alexandriae, montis cui Ida conjuncti. Nomen ab Andria coloniam eo deducentibus accepisse putant. Ob situm ad mare et propter lignorum copiam navibus fabricandis inserviit, quare etiam Aeneas classem suam ibi instruxit. *Dimitri* vocatur; adj. Antandrius.

Antarădus, urbs Seleucidis in Syriae et Phoenices confinio in septentrione Aradi insulae, contra Cyprum; h. *Torcosa.*

Antĕcaria, Anticaria, Antequaria, Antiquaria, urbs Hispaniae Baet. in Bastulis Poenis; h. *Antequera.*

Antematunum v. Andematunum.

Antemnae, Antemna, urbs antiquissima Italiae in Latio, Romae proxima, ad Anienem in Tiberim influentem. Primis iam Romanorum bellis cum pluribus aliis deletae sunt; adj. Antemnas; incolae Antemnates.

Antenacum v. Antunnacum.

Anthēdon, ŏnis, Athenienſium Portus, Argolidis in Peloponneso portus ad Sinum Saronicum.

Anthēdon, ŏnis, urbs Graeciae in Boeotia ad Euripum contra Euboeam. Habebat portum, vino abundabat et ŏbsoniis. In medio urbi loco fuit templum Cabirorum. Incolae fere omnes erant piscatores, vitamque, neglecto terrae cultu, in freto agebant. Fabula de Glauco deo marino, nota est. Ex claris civibus memoratur Nicon luctator et Leonidas pictor. H. *Antedon*; adj. Anthedonius.

Anthēdon, ŏnis, post Agrippias, ădis, et Agrippēum, Palaestinae in Philistaea opp. mariti

num, Gazae vicinum; h. *Larissa*; adj. Anthedonius.

Anthēla, locus Phocidis ad Oetae radices, clarus Amphictyonum conventibus autumnalibus.

Anthemus, untis, urbs Macedoniae in Amphaxitide non procul Thessalonica.

Anthropophagi v. Androphagi.

Anticaalus, mons Seleuciae in Syria; v. Casius.

Anticrăgus, mons Asiae Min. in Lycia ad occidentem Cragi, in quo Camylessus urbs sita erat.

Anticȳra, Anticyrrha, urbs Graeciae in Phocide. Altera ejusdem nominis ad sinum Maliacum in Thessalia sita erat, utraque vere elleboro inclaruit, quod ab Anticyreo primum inventum, atque in sanando Hercule adhibitum fuisse fertur, in Maliaca optimum nascebatur, in nostra melius apparabatur. Ab Atilio Cos. eversa etiamnum vasta jacet, et ruinas ostendit locus *Aprospilia* i. e. albae domus.

Antigoneā, Antigona Psaphara, urbs Chalcidices in Macedonia.

Antigonēa Arcad. v. Mantinea.

Antigonia Bithyn. v. Nicaea.

Antigonia, urbs Epiri in Chaonia ad Aoum fluvium non procul a Ceraunii montibus; h. *Argirocastro*; incolae Antigonenses.

Antigonia, opp. Macedoniae in Mygdonia; h. *Antigoca*.

Antigonia, urbs Syriae in Seleucide ad Orontem.

Antilibănus, mons Asiae inter Palaestinam, Phoenicen, Coelesyriam et Syriam, atque nominibus Amana, Hermon, Senir, Sirion signabatur.

Antinoē, Antinoi Urbs, Antinoopolis, Antino, prius Besa, urbs Aegypti Infer. in Antinoita Nomo in orientali ripa Nili; h. *Ensene*, *Ensineh*; adj. Besantinoënsis.

Antiochia, Antiochēa, urbs Asiae in Syria. Cum cognomines fuerint plures, dicta est Antiochia ad Orontem, Antiochia apud Daphnen, Antiochia Epidaphnes, propter locum amoenum in vicinia; Antiochia Tetrapolis, Antiochia Theopolis. Fuit urbs primaria non modo Syriae, sed et caput Asiae totiusque Orientis; sedes praeterea doctrinarum doctorumque hominum, ubi et Christiani nomen sortiti sunt suum. Patria fuit Chrysostomi patris eccles. et Ammiani Marcellini historici. Eius amoenitas hodie quoque ab itinerum enarratoribus laudatur, etsi ipsa urbs a pristino splendore defecit. Arabes vocant *Antakie*; incolae Antiochenses, et Antiochenses ad Daphnen; adj. Antiochinus, Antiochēnus, Antiochensis, Antiochius.

Antiochia ad Euphratem v. Antiochia ad Taurum.

Antiochia ad Maeandrum. Antiochia super Maeandrum, Antiochensium Urbs super Maeandrum, Antiochia Cariae, opp. ad australem Maeandri ripam positum.

Antiochia ad Orontem v. Antiochia Syriae.

Antiochia ad Pisidiam, Antiochia Pisidiae, Antiochia Caesarea, urbs Asiae Min. in Phrygia Maj. in Pisidiae finibus, Apameae versus orientem sita. Colonia erat Romanorum, magna et florentissima; h. dicitur *Ak-Scheher*.

Antiochia ad Taurum, Antiochia ad Euphratem, opp. Commagenes in Syria ad Tauri radices.

Antiochia Cariae i. q. Antiochia ad Maeandrum.

Antiochia s. Antiochēa Lamōtis, urbs Asiae Min. in Cilicia Trachaea in Isauriae finibus; h. *Antiochetta*.

Antiochia Margiana, Antiochia, prius Alexandria, urbs Persiae in Margiana. Condita est ab Antiocho Sotere ad Margum flumen in regione amoenissima; h. *Marw Shahigian*.

Antiochia Pisidiae v. Antiochia ad Pisidiam.

Antipăros, insula Cycladum Maris Aegaei, Naxo versus occidentem sita; h. *Antiparos*.

Antipătris, urbs Palaestinae in Judaea, quam Herodes Magnus instauravit, antea Chapharsaba s. Chapharsalama dicta; h. vicus *Arsuf*.

Antĭpŏlis, Galliae Narbon. opp. Nomen petitur ab opposito Nicaeae situ. Conditores feruntur Massilienses, a quorum tamen iurisdictione liberata fuit et iure Latii donata. Antipolim et Nicaeam Varus interfluebat; h. *Antibes*; adj. Antipolitanus.

Antiquaria v. Antecaria.

Antirrhium Prom. v. Rhium.

Antissa, urbs Lesbi insulae; incolae Antissaei.

Antissiodōrum, Antesiodorum, Antisiodorum, Antosiodorum, Altisiodorum, urbs Senonum in Gallia Celt.; h. *Auxerre*; adj. Altissiodorensis.

Antitaurus, Asiae Min. mons; in Cilicia incipiens per Cappadociam extenditur in septentrione Tauri, cui oppositus est et qui cum Pariadris montibus in Ponto cohaeret.

Antium, opp. Italiae Propr. in Latio ad prom. ejusdem nominis. Nomen ab Antia, Circes et Ulyssis filio, derivant, unde antiquitas ejus apparet. Olim Volci tenuerunt fuitque potentissima, post colonia facta est. Fortunae templo et Sortibus celebre fuit. Postea intercidit, ejusque rudera quaerenda sunt, ubi nunc. *Capo d'Anzo et Torre d'Anzo*; incolae Antiates, ium; adj. Antias, Antianus, Antiatinus, Antiensis.

Antoniopolis, urbs Asiae Min. in Lydia ad Maeandrum; cives Antoniopolitae.

Antŏricum, Antricum v. Autricum.

Antron, Antronia, urbs Peloponnesi in Messenia, ab antris, in quibus molares lapides reciduntur, appellata.

Antronia, Thessaliae in Phthiotide vicus ad Oetam.

Antros, Galliae Aquit. Garumnae ostium insula; h. *Corduan*; nonnullis *Jau*.

Antunnācum, Antennacum, Antenacum, Antonnacum, Antonacum, Antonacense Castellum, Antarnacum, Galliae Belg. opp. in Treviris; h. *Andernach*.

Antverpia, Anverpia, *Antwerpen in den Niederlanden*; adj. Antverpiensis.

Anxantĭum, urbs Italiae i Marsis; h. nonnullis *Civita d'Antino* cives Anxantini.

Anxānum, Frentanorum in Italia Infer. opp. celebre; h. *Lanciano*; incolae Anxani.

Anxeilodunum, Exelodunum, Ossoldunum, *Issodun in Frankr.*

Anxur v. Tarracina.

Aon, fons in Aonia, Boeotiae parte, Musis sacer.

Aonia i. q. Boeotia. Erat proprie pars ejus Phocidi vicina et montana. Incolae Aonides; adj. Aonis idis, f. et Aonius, a, um; Aonides i. e. Musae.

Aōus, Aeas, antis, Ana, Illyrici Graeci fluvius. Oritur in Pindo monte, praeterfluit vel interfluit Apolloniam atque in Jonium Mare effunditur; h. *Vojusa*, alii *Lao*.

Apabarctica, urbs Parthiae in Apavortene; h. *Abiverd*.

Apamēa Bithyniae v. Myrlea.

Apamēa, Apamea Cibŏtos Apamea ad Maeandrum, Apamea Phrygiae, urbs Asiae Min. in Phrygia Maj. ad Marsiae et Maeandri confluentem, unde etiam Cibotos cognominata est. Haec Ciceroni, Ciliciae Proconsuli, attributa fuit. H. quibusdam *Pamia*; incolae Apamienses; adj. Apamensis. Apamēnus, Apameanus et Apamēus.

Apamēa, Apamia, Seleucidis in Syria in Apamene ad Orontem urbs potentissima, prius Damea vocata. Prope illam Zenobia, Palmyrae regina, ab Aureliano Imper. victa est. H. *Famieh od. Efamia*; incolae Apamienses et Apameni.

Apamēa, urbs Mesopotamiae ad Euphratem contra Zeugma.

Apamia, Apamiae, *Pamiers in Frankr.*; adj. Apamiensis et Apamius.

Apennīnus, Apennini Juga, Apeninus, Apennius, Italiae montes. Nominis causa incerta est. Excurrunt a Ligurum finibus perpetuo dorso per omnem reliquam Italiam; altero cornu ad fretum usque Siculum in promontorium Leucopetram, atque altero usque

in Ionium mare porrigitur; h. *die Apenninen*; incolentes eos Apennini-colas appellant.

Aphaca, orum, urbs Coelesyriae. Ibi Venus Aphacitis a formosissimis Syriae puellis delicato modo usque ad Constantini tempora colebatur; h. quibusdam vicus *Afka*.

Aphĕtae, serius Posideon, promont. vel urbs Phthiotidis in Thessalia non longe a Pagasis, unde Argonautae solverunt.

Aphidnae, Aphidna, Aphydna, locus Atticae, ubi Theseus Helenam raptam abscondidit, quae tamen, Theseo in Thessalia captivo, a Castore et Polluce fratribus liberata est; adj. Aphidniensis.

Aphnītis, lacus Asiae in Mysia Min. non procul Cyzico, qui Attynia prius dicebatur.

Aphrodisia, urbs Italiae in Apulia Peucetia i. q. Venusia.

Aphrodisias, Chersonesi Thraciae opp. inter Cardiam et Heracleam.

Aphrodisias, insula ad oram Carmaniae, Persico sinui ad Africum; Veneri et Mercurio sacra.

Aphrodisias, Megalopolis, Ninoē, urbs princeps Cariae cum Veneris templo; incolae Aphrodisienses.

Aphrodisias, adis, Veneris Oppidum et Promontorium, urbs et prom. in Cilicia Aspera ex adversum Salamini, Cypri oppido.

Aphrodisias, adis, Veneris Insula, Laea, Africae ad Cyrenaicam ins. prope Apolloniam.

Aphrodisium, opp. Cypri ins. in septentrione Salaminis.

Aphrodisium, Veneris Fanum, Africae Propr. in Zeugitana urbs maritima et vetus, inter Hermaeum Prom. et Adrumetum, ubi Venus Erycina colebatur; h. aliis *Mahometta*, aliis *Mahadia*.

Aphrodisium, Pyrenae Promont. Pyrenaeum Prom. Hispaniae Tarrac. in finibus Galliae Narbon. promont. Ibi Veneris Pyrenaeae templum erat; h. *Cap de Creus*, *Cabo de Creux*, Promontorium Cruci.

Aphroditopolis, Aephunis, urbs Aegypti Super. in Hermonthite Nomo; h. *Asphun*.

Aphydna v. Aphidnae.

Apia, regio ab Api, IV. Sicyoniorum rege, appellata; v. Peloponnesus.

Apia urbs v. Appia.

Apidanus, Thessaliae fluvius, qui in Othrye monte fontes habet, apud Pharsalum Enipeum excipit, atque infra Larissam Peneo jungitur; h. *Epidheno*.

Apĭna, et Trica, duo Italiae in Apulia oppidula vilia, a Diomede eversa, quae in proverbii ludibrium transierunt, ut, quoties rem nullius pretii ostendere volumus, Apinas et Tricas nominemus.

Apis, Aegypti in Delta mons non procul ab urbe cognomine et Mareotide lacu.

Apocopi Montes, Indiae intra Gangem montes.

Apollinis Lucus, in Gallia Transp., Apollini sacratus, in occasu et septentrione Vercellarum.

Apollinis Urbs Magna, Apollinopolis, Apollonos Superior, urbs Aegypti in Thebaide, unde Apollopolites Nomos dictus est; h. vicus *Edfu*, in quo magna templa duo, veteris splendoris documenta, conspiciuntur; cives Apollonopolitae.

Apollinis Parva, Apollinopolis, Apollopolis, opp. Aegypti Super. in Coptite Nomo; h. *Kus*.

Apollinis Promontorium, Apollonium, Africae Propr. in Zeugitana prom. in occidente Carthaginis; h. *Ras-Zebib*.

Apollinis Templum, in Zeugitana Africae Propr. in Numidiae finibus inter Thabracam et Hypponem Diarrhytum.

Apollinopolis v. Apollinis Urbs Magna.

Apollinopolis s. Apollopolis v. Apollinis Parva.

Apollonia, urbs Assyriae in Apolloniatide. Existunt cognomines urbes XXXII vel XXXIII, quae omnes ab Apollinis cultu nomen traxerunt; h. *Schereban*.

Apollonia, urbs Illyrici Graeci. Conditam alii tradunt a Corin-

thiis solis, alii socios addunt Corcyraeos. Factum id esse eo tempore, quo Periander Corinthi regnavit, quidam conjiciunt. Erat magna et gravis atque Augusti tempore studiis inclaruit. In eius vicinia fuit Nymphaeum, rupes ignivoma, unde bitumen et pix ejiciebantur. H. *Polina*; aliis *Pirgo*; incolae Apolloniātae et Apolloniates, ium; adj. Apollonias.

Apollonia, Apollonia Mygdoniae, urbs Macedoniae maritima; h. *Seres*.

Apollonia, Civitas Apolloniensis, urbs in meridionali Siciliae parte et in occidente Pachyni promontorii sita.

Apollonia, urbs Thraciae ad Pontum Euxinum. Apollinis Urbem diserte vocat Ovidius et Strabo templum huius Dei, in eoque statuam colosseam, Calamidis opus, memorat, quam inde ereptam Lucullus in Capitolio erexit, cum ipsam urbem evertisset. Conditores huius faciunt Milesios. De situ ejus conveniunt auctores, sed de sede et area eius disputatur, quoniam alii eam in insula ponunt, alii maritimam tantum faciunt. Hodie in ruinis fere jacet et *Sizeboli* esse putatur; cives Apolloniātae.

Apollonias, adis, Apollonia, urbs Africae in Cyrenaica; portus erat Cyrenes et quinque urbium, quae Pentapolim Lybiae constituebant, serius Sozusa dicebatur, eratque Eratosthenis geographi patria, et nunc *Maria Suza* appellatur.

Apollonias, adis, Apollonia supra Rhyndacum, urbs Asiae in Mysia Min. ad lacum Apolloniatin; cives Apolloniatae ad Rhyndacum.

Apolloniatis, idis, et Apolloniatis, is, regio Assyriae orientalis a Gorgo fluvio usque ad Tigridem pertinens. Nomen accepit ab Apollonia urbe.

Apollōnis, idis, Apollonias, Apollonidēa, urbs Asiae Min. in Lydia; cives Apollonidenses et Apollonidienses.

Apollōnos Hieron, Fanum Apollinis, Asiae in Lydia locus non procul Philadelphia; cives Apollonoshieritae.

Apona, Vindeliciae opp.; *Landau*.

Apŏni Fons, Aponi Font Aquae Patavinae s. Patanorum, fontes salutares propel tavium, quos Claudianus canen celebravit, et Theodoricus Gotl rum rex moenibus cinxit.

Aponus, Aponum, Galli Transpad. in Euganeis prope Pa vium vicus, T. Livii locus natal h. *Abano*.

Apostolorum Porta, Ap stolorum Mons, *Postelberg Böhmen*.

Appia, Apia, urbs Asiae Phrygia Maj.; cives Appiani; ac Appianus.

Appia Via, in Italia, celeberr ma et Regina viarum, ut Statii appellat, Roma Capuam et Capu Brundusium ferens, ab Appio Cae co, Censore, magnifice strata.

Appianum, Rhaetiae ad Athe sin opp.; h. *Albiano*.

Appii Forum v. Forum Appi

Appuli v. Apuli.

Apri, Apros, urbs Thraciae antea Theodosiopolis dicta, Roma norum colonia.

Aprilis Lacus v. Prelius.

Aprimonasterium v. Novien tium.

Aprositos, una ex Fortunat insulis ad Africae oram occidenta lem; h. *Fortaventure od. Fuertaventura*

Aprustum v. Abrystum.

Aprutium, *Prov. Abruzzo Neapel*.

Apsŏrus, Absorrus, Absa rus, Asiae in Colchide apud Ci sios fluvius, Trapezunti propin quus; h. *Arcani*.

Apsorus v. Absorus.

Absus, Illyridis Graecae fluvi qui in Macedoniae finibus ortus i ter Dyrrachium et Aoum s. Apol niam in mare Adriaticum effun tur. In utraque ejus ripa Cae et Pompejus castra posuerant. *Crevasta, Chrevasta*.

Absynthus, Thraciae fluvius Absynthiis.

Apsyrtides v. Absyrtides sulae.

Apta Julia, Apta, Civit Aptensium, Colonia Apta, A ta Vulgientium, urbs Galli

Narbon. in Vulgientibus; h. *Apt*; adj. Aptensis.

Aptĕra, Apteron, Apteria, urbs Cretae insulae cum Veneris Uraniae templo.

Apŭli, rectius quam Appuli, populus Illyrici, qui in Italiam Infer. demigravit, Apuliaeque regioni nomen indidit.

Apulia, Italiae Infer. regio. Fines ejus a Frentone fluvio et Supero Mari ad Brundusium usque, inde ad Bradanum fluv., hinc ad fontem, qui a Lucanis seperat, ponunt, atque Peucetiam, Calabriam et Dauniam simul complectuntur. H. Puglia; adj. Apulus et Apulicus.

Apŭlum, Augusta Colonia Apulensis, Alba Julia, Alba Carolina, urbs Daciae et colonia Rom. ab Antonini matre Julia cognominata; h. *Weissenburg*.

Aqua Bella, Aqua Pulchra, *Aegubelle in Savoyen*.

Aqua Nigra v. Arabost.

Aqua Sparsa, Aquae Spartae, Aqua Calida, *Aegueperse in Frankr.*

Aquae Allobrogum v. Aquae Gratianae.

Aquae Augustae v. Aquae Tarbellicae.

Aquae Bellae, Aquabelletta, *Aeguebellete in Frankr.*

Aquaebellicus, *Wasserbillich an der Mosel u. Saner.*

Aquae Bigerronum, Vicus Aquensis, urbs Galliae Aquit. in Bigerronibus; h. *Bagneres de Bigorre*.

Aquae Bilbitanorum s. Bilbilitanorum, Aquae Bilbilitanae, urbs Hispaniae Tarracon. XXIV M. P. in occidente Bilbilis; h. *Alhama*.

Aquae Bormonis, Aquae Borbonicae, Burbo Archembaldi, Burbonium Arcimbaldi, urbs Biturigum Cuborum in Gallia Aquit. ad Elaverem fluvium; h. *Bourbon l'Archambaud*.

Aquae Calidae, Aquae Calidae Cilenorum, Aquae Celeniae s. Cilinae, Amphiochia, Auria, urbs Cilenorum in Hispania Tarracc; h. *Orense*.

Aquae Calidae Britan. v. Aquae Solis.

Aquae Calidae, Aquae Calidae in Tiberiade, Thermae Tiberienses, Palaestinae in Galilaea Infer. thermae.

Aquae, Civitas Aurelia Aquensis, Castellum Aquarum, Thermae Inferiores, Badena, urbs Germaniae ad Rhenum sita; h. *Baden*.

Aquae Convenarum, Marojalicae, sc. Thermae, Onesiae Thermae, urbs Galliae Aquit. in Convenis; h. *Bagnieres*.

Aquae s. Thermae Austriacae v. Aquae Pannonicae.

Aquae Flaviae, Aquiflavia, Chavae, urbs Hispaniae Tarrac. in Callaicis Bracariis; h. *Chaves*, *Chaves*.

Aquae Flaviae, urbs Galliae Belg. in Helvetiis inter Vindonissam et Vitodurum.

Aquae Grani v. Aquisgranum.

Aquae Gratianae, Aquae Allobrogum, Aquae Sabaudicae, urbs Allobrogum in Gallia Cisalpina; quae balneae a Gratiano Imper. instauratae esse dicuntur; h. *Aix in Savoyen*.

Aquae Helvetiae s. Helveticae, Aquae Helvetiorum, Thermae Helveticae, Castellum s. Vicus Thermarum, Ad Aquas Helvetias, Thermae Superiores, Thermopolis, Badena, Bada; h. *Baden in der Schweiz*; incolae Aquenses.

Aquae Himerenses v. Himera.

Aquae Iupae, Aquae Lupiae, *Guadeloupe in Spanien*.

Aquae Mattiacae, Fontes Mattiaci, Thermae Wisbadenses, Visbada, Mattiacorum in Germania ad Taunum opp. prope quas Drusus castellum aedificavit; h. *Wiesbaden*.

Aquae, Meromy. Samachonitis.

Aquae Pannonicae, Thermae Pannoniae, Th. Austriae s. Austriacorum, opp. Pannoniae Super.; h. *Baden b. Wien*.

Aquae Sabaudicae v. Aquae Gratianae.

Aquae Saxonicae v. Acona.

Aquae Sextiae, Colonia Aquae Sextiae, Colonia Julia Augusta, Colonia Aquensis, Metropolis Civitas Aquen-

sis, urbs Galliae Narbon. in Salyibus, quam Sextius Calvinus Cos., his devictis, aedificare coepit, quaeque post colonia J. Caesaris Augusti facta est. Prope hanc Teutones Ambronesque a Mario victi sunt. H. *Aix in Frankr.*

Aquae Sinuessanae, urbs Italiae in Latio, cujus balneis Claudius Imper. usus est.

Aquae Solis, Aquae Calidae, Bathonia, Badonius s. Badoneus Mons, urbs Belgarum in Britannia Rom.; h. *Bath.*

Aquae Spadanae, *Spaa in d. Niederlanden.*

Aquae Statiellae, Aquae Statiellorum, opp. Galliae Cispad. in Liguribus; h. *Aequi*; incolae Statiellenses et Aquenses Statiellenses.

Aquae Tarbellicae, s. Tarbellae, Aquae Augustae, Aquensis Civitas, Tasta, urbs Tarbellorum in Gallia Aquit.; h. *Aeqs od. Dax.*

Aquae Tauri, *Aquapendente in Ital.*

Aquae Veteres, Veteraquinum, *Oudewater in d. Niederlanden.*

Aquae Voconiae s. Voconis, Bannolia, urbs Ausetanorum in Hispania Tarrac.; h. *Banolas*, aliis *Caldes de Malavella.*

Aquensis Civitas v. Aquae Tarbellicae.

Aquianum, *Evian in Savoyen.*

Aquila, Aquula, Acula, Italiae in Etruria opp.; h. *Aquapendente.*

Aquila, Aquilia, *Aquila in Neapel.*

Aquila, Ad Aquilas, *l'Aigle in Frankr.*

Aquilaria, urbs Africae Propr. in Zeugitana.

Aquilēja, Aquileja Colonia Latina, Aquilejensis Civitas, Aquilegia, Galliae Transpad. in Carnis urbs dives et amplissima. Nomen derivant ab aquila, dextra, cum urbs conderetur, advolante. Fuit perantiqua, quam Strabo conditam scribit contra barbarorum incursiones, et Livius refert, P. Corn. Cethego et M. Paebio Tamphilo Cos. a. V. DLXXI. deductam esse eo coloniam. Illi autem barbari sunt Galli Transalpini, qui a. V. DLXVI. haud procul inde, ubi post Aquileja stetit, locum oppido condendo ceperunt. Maximinus Imper. eam gravi, licet irrita obsidione, vexavit, post Attila vastavit. Hodie ad tenuitatem redacta pauperes incolas, piscatores maxime, continet. H. *Aquileja od. Aglar*; incolae Aquilejenses et Aquilegienses.

Aquilēja, Vindeliciae opp. prope confluentes Ilargi et Danubii.

Aquilonia, urbs Italiae Inferi in Apulia Daunia; h. *Cedogna, Cedona*; cives Aquilōni.

Aquincum v. Acincum.

Aquīnum, Hernicorum in Italia Propr. opp. quod Melpha fluvius alluit; Juvenalis erat patria; h. *Aquino*; incolae Aquinates; adj. Aquinas.

Aquisgrānum, Grani Palatium, Aquae Grani, Aquae, Urbs Aquensis, Menapiorum in Gallia Belgica opp. sub Hadriano Imp. circa annum p. C. n. CXXIV. a Servio Grano constitutum. In eodem Carolus M. et natus et sepultus est. H. *Aachen*; adj. Aquisgranensis et Aquensis.

Aquitani, Galliae populus. Nomen accepisse feruntur ab aquis salubribus, vel ab aquis Tarbellicis, quas attingebat regio. Gentis originem diverse repetunt, v. c. ab Hercule, qui illos populos duxerit in Hispaniam atque in Galliam. Populi hujus Galliae et urbes cognoscuntur ex Caesaris B. G. III. 27. quibus ab Augusto XIV additi erant inter Garumnam et Ligerim. H. fere ubi *Guienne* et *Gascogne.*

Aquitanicus Oceanus, pars Atlantici Maris, quod a Garumnae ostio usque ad Hispaniae fines extendebatur; h. *Gasconisches Meer, Golfo de Gascogne.*

Ara Amoris, promont. Africae in Troglodytice prope Ptolomaidem.

Ara Bacchi, Arae Bacchi, Bacharacum, *Bacharach am Rheine in d. Pfalz.*

Ara Ubiorum, Germaniae Secundae locus; aliis *Bonn* aliis *Cöln.*

Arābes, in S. L. Filii Orientis, incolae Arabiae, qui ab Ismaele atque Esavo originem duxisse viden-

tur, agriculturam et commercia exercebant, partim vicos et oppida incolebant, partim cum gregibus pascua peragrabant.

Arabes Ichthyophagos, sedebant in occidentali Sinus Arabici ora usque ad promont. Monodactylum.

Arabes Sabaei s. Zabedaei, in Sabaea, Arabiae Felicis regione habitabant.

Arabes Scenitae, populus Mesopotamiae ad Africum sitae, Arabiae Desertae fines septentrionales ejusque loca deserta incolens.

Arabia, in S. S. Oriens dicta, Asiae paeninsula maxima, ab Erythraeo mari ejusque sinu duplici Arabico et Persico ac Judaea, Syria, Euphrate et Chaldaea terminatur. Dividitur apud veteres in Petraeam, Desertam et Felicem; adj. Arabicus, Arabius, apud poetas Arabus et Arabs; h. *Arabistan*; *Arabien*; Arab. Deserta h. ab Arabibus *Badiah d. i. d. Wüste* appellata; Arabia Felix h. *Duchesirat el Arab*.

Arabia, urbs Arabiae Felicis ad dextrum latus Sinus Arabici. Homeritis tribuit Ptolomaeus, qui fuerunt populus frequens in Arabia Felici. Prius urbs fuit cognomine Felicis, atque Aegyptiorum Indorumque merces recipiebat; eam Augustus destruxerat, sed post a Romanis instaurata esse videtur. Situs hod. convenit in *Aden*.

Arabicus Sinus, Mare Rubrum, pars occidentalis Erythraei Maris, quod inter Africam et Arabiam longissime extenditur et h. *der Arabische Meerbusen*, *d. Rothe Meer* appellatur. In septentrione in duo aestuaria dividitur, quorum occidentale Heroopoliticum s. Chandricum, *el Kolsum oder Bahr Assuez*, orientale Elaniticum, *Bahr Elakaba* dicebatur. Heroopoliticum in S. L. Suph, *d. Schilfmeer*, vocatur, quod Israelitae transierunt.

Arăbis, Arabius, Artabis, Artabius, Persiae in Gedrosia fluv., qui in Erythraeum Mare effunditur; h. quibusdam *Hor*.

Arăbo, Arrabo, Arabon, Aqua Nigra, Rabus, Rabo, Pannoniae fluvius Cetio monte ortus Panoniam Super. ab Inferiore separat atque apud Arabonicam urbem Danubio jungitur; h. *Raab*.

Arabonia, Arrăbo, Javarinum, Jaurinum, Jurinum, Rhaba, urbs Pannoniae ad confluentem Arabonis et Danubii; h. *Ruab od. Nagy-gyor*.

Aracēme, Arce, Recem, Petra, Petra Metropolis, Hadriana Petra Metropolis, Nabathaeorum in Arabia Petraea urbs in rupibus posita, unde sine dubio Arabia Petraea nomen traxit; h. aliis *Arak*, *Karak*, aliis *Hadscha*.

Arachne, Arachnaeon, Peloponnesi in Argolide mons inter occasum solis et septentrionem Epidauri situs.

Arachosia, Persiae provincia, inter Gedrosiam Drangianam et Indum; h. *Arokhage*, *Arrochadsch*; incolae Arachosii, Arachōti et Arachotae.

Arachōtus, Arachosia, Cophe, es, urbs Persiae in Arachosia ad Arachotum fluvium, a Semiramide condita; h. *Waikend*.

Arachōtus, Persiae in Arachosia fluvius, qui lacum efficit atque in Indum emanat; h. nonnullis *Kare*.

Arachthus, Arethon, ontis, Epiri in Molossis fluvius, qui in Sinum Ambracium exit; h. *Inacho*.

Aracillum, Aracoelis, Cantabrorum in Hispania Tarrac. opp., h. *Araquil*; incolae Aracoelitani.

Aracosia, Arcus; *Arcos in Spanien*.

Arcynthus, mons Graeciae in Acarnania, secundum alios in Aetolia prope Pleuronem urbem.

Aracynthus, mons Graeciae in Boeotia prope Thebas, unde Minerva Aracynthis dicta est.

Arāden, urbs Cretae insulae in sublimi loco posita, ideoque Anopolis etiam vocatur.

Aradii, populus Judaeae in Palaestina circa Arad urbem, qui Israelitis in Palaestinam ingredientibus in Phoenicen contenderunt atque in Arado insula consederunt.

Arădus, in S. S. Arvad s. Arvod, insula Phoenices, propinqua continenti. Tenuit olim Aradaeus, Chanaani filius. Parva fuit et quantum patebat, tota oppidum, frequens tamen. Potentia

valuit, habuit suos reges, post Alexandrum Syris paruit, cum Antiocho M. societatem iniit, et sui iuris fuisse videtur usque ad Domitianum. Sub Constante Imper. urbs diruta, insula desolata, expulsis incolis, facta est, ad tempora Theophanis. Hodie ibi saxa altissima esse et arcem impositam, vocarique Turcis *Ruad od. Rou-wadde* itineraria testantur.

Arădus, urbs insulae cognominis, quae h. itidem *Ruad* appellatur.

Arae Bacchi v. Ara Bacchi.

Arae Flaviae, urbs Vindelicine; h. nonnullis *Rothweil*, aliis *Nördlingen*.

Aragĕnus, Argenus, Bajocae, Civitas Bajocassium, Bajocassi et Bajocasses, urbs Bajocassium in Gallia Celtica; h. *Bayeux*.

Aragonia, Arragonia, Celtiberia, Terra Iberia; *K. Arragonien in Spanien*; *d. Einw.* Aragones; adj. Aragonius.

Aragus, Arrago, Asiae in Iberia fluvius. Oritur in Caucaso atque Cyro jungitur.

Aram, Aramaea, i. q. Syria; incolae Aramaei s. Arimei.

Aramzoba, castrum in Mesopotamia a Romanis egregie munitum, quod Jovianus inconsultius Persis concessit.

Aranum, Arannum, Arunci, *Aronches in Portugal*.

Arar, ăris, Arăris, Sagōna, Sauconna, Saugonna, fluvius Galliae Belgicae a Vogeso monte delapsus Lingonum atque Aeduorum fines permanat, et prope Lugdunum in Rhodanum emittitur. Nobilis est ponte Caesaris, uno die militum opera confecto. H. *Saone*; accolae Ararici.

Arar, Arŏla, Arula, Arur, Helvetiae fluv., qui in Rauracorum finibus Rheno miscetur; h. *Aar*.

Ararat, mons Armeniae Maj., pars Gordiaeorum s. Curdiorum montium; h. vel *Massis-Sar*, vel *Dschudi*.

Araugia, Aravia, Arovia, Arovium; *Aarau in d. Schweiz*.

Araura, antea Cessero, Volcarum Tectosagum in Gallia Narbon. opp. Arauri adjacens; h. *Seh Tiberi*.

Arauris, Araurius, Eravu Galliae Norbon. fluvius. Ex C bennis demissus Agathen praete fluit atque in Mare Mediterraneu effunditur. Medio aevo dictus e Araur; h. *Herault*.

Arausio, Arausio Secund norum Colonia, Arausione sis Civitas, Arausicorum C vitas, Arausica, opp. Galli Narbon. in Cavaris; h. *Orange, Or nien*; adj. Arausionensis, Arausien Arausicanus.

Arausionis Castrum, Arausi nense Castrum, *Oranienburg Brandenb.*

Araxes, Asiae in Armenia M fluvius. Nomen varie deducitur v ab Araxe, Armeniorum rege, q se in illum praecipitavit. Oritur eodem monte, quo Euphrates, de de per Armeniam fluit atque Cyrum influens cum eo prope J vat in Caspium Mare emittitur. *Arassow od. Aras.*

Araxes, Bendimirus, Persi fl. in Perside. In Paraetacis ortus P sepolim alluit, ubi Alexander e transibat, atque in Salsum La emittitur. H. *Bend-Emir*.

Araxes, Thess. fl. v. Peneus.

Araxos, Peloponnesi promon Situm erat ex adversus Acarnaniae ab Isthmo remotum erat M. stadi atque initium Elidis ad Achajam ciebat. H. *Capo di Chiarenza, Cap. Papa*.

Arbēla, orum, Irbil, urbs Assyri in Aturia. Huic loco, ut nobilio alterum Alexandri contra Pers praelium vulgo adscribi solet, qu prope vicum Gaugamelam inter cum et Caprum amnes commis est; h. *Arbel, Erbel, Abbelles.*

Arbor Felix, Arbona, *bon in d. Schweiz.*

Arborea, Oristanum, Ori stana, urbs Sardiniae ins.; h. *stagni, Oristano.*

Arborosa, Arbosia, Arbos um; *Arbois in Frankr.*; adj. Arbosi

Arbuda, urbs munita Illyrici Dalmatia ad Titii flum. fontes, qu a Germanico expugnata est; *Knin, Tinen.*

Arca, Arcae, Arcaea, Arcena, Caesarea, Arca Caesarea Libani, urbs Asiae in Phoenicia.

Arcadia, Arcădes, Arcade, urbs Cretae ins.; h. *Arcadi.*

Arcadia, Peloponnesi regio. Antiqua nomina varia varioque ordine afferunt auctores, v. c. Drymodes, Pelasgia, Parrhasia, Lycaonia, Azania, Pania et alia. Ex priscis incolis Strabo nominat Azanes et Parrhasios, adduntque alii alios. Arcadia autem dicta est ab Arcade. Ipsi Arcades se ante lunam natos fuisse jactant, ideoque προσελήνους. Ipsa regio tenebat loca Peloponnesi mediterranea, maximeque montana fuit, ut Strabo testatur, cujus aetate pleraeque urbes everse erant. H. quibusdam *Tzakonia*; incola Arcas, ădis; adj. Arcadicus, Arcadius et Arcas.

Arcadia, *Arcadien, St. in Morea.*

Arcatu, Arcatus, Arcati, urbs primaria Sorarum in India intra Gangem; h. *Arcate, Arcol.*

Arcennum, Braccianum, Brygianum, *Bracciano im Kirchenstaate.*

Archaeopolis, metropolis Lazorum in Colchide, posita in rupe ad Phasin flumen.

Archaeopolis v. Sipylum.

Archandropolis, serius Andropolis, opp. Aegypti Infer. inter Canopum et Cercasorum.

Archangelopolis, Fanum S. Michaelis Archangeli, *Archangel in Russland.*

Archelāis, idis, vicus Judaeae in Acrabatene, quem Archelaus, Herodis M. filius, urbis dignitate ornavit.

Archelāis, idis, Colonia Claudii Caesaris, Colonia Caesarea Archelais, urbs Asiae Min. in Cappadocia ad Halyn fluvium.

Archemŏrus, Peloponnesi fluvius, Sicyonis et Corinthi terminus.

Archipelagus v. Aegaeum Mare.

Archiphlegēton, lacus Italiae in Campania inter Misenum et Cumas; h. *Fusano.*

Arcobriga, urbs Hispaniae Lusit. in Celtis; h. nonnullis *Alcasar.*

Arcobriga, Hispaniae Tarrac. in Celtiberis opp.; h. *Arcos de la Frontera.*

Arctonesus v. Cyzicus.

Arctopolis, Berna, *Bern in d. Schweiz*; adj. Bernensis.

Arctopolis, Biernaeburgum, Ursorum Castrum, *Biorneburg Björneburg in Finnland.*

Arctopolis ad Salam, Ursopolis, Bernburgum, *Bernburg im Fürst. Anhalt.*

Ardĕa, urbs Italiae in Latio. Condidit eam Danaë, Persei mater; etsi alii aliter. Olim Rutulorum colonia fuit, postea Romanos eo colonos deductos esse a. V. c. CCCXIII tradit Livius. Ipsa colonos Saguntum in Hispaniam misit. Strabo inter Antium et Lavinium statuit et LXX stadiis a mari removet, idemque antea palustrem et morbosum agrum Ardeatem describit. H. vicus *Ardea*; oppidani Ardeātes; adj. Ardeatinus et Ardeas.

Ardea, Ardra, Ardrae, Ardresium, *Ardres im nördl. Frankr.*

Ardelica, Piscaria, Orobiorum in Gallia Transpad. opp. ad Benacum lacum; h. *Peschiera.*

Ardimacha, Armacha, Armacanum, *Armagh in Irland.*

Ardius Mons v. Adrius.

Ardoneae v. Herdonia.

Ardrae, Ardresium v. Ardea.

Arduenna Silva, ingens Galliae Belgicae silva inter Rhenum Nervios, Condrusios et Rhemos, quam Mosa perfluebat; h. *der Ardenner Wald.*

Areburium, Aremontium, *Aremberg im Grossherz. Niederrhein.*

Arecūnum, Arnemum, Arnhemia, Arnhemium, Batavorum in Gallia Belg. opp. ad Rhenum; h. *Arnheim.*

Areconium, Harfordia, opp. Trinobantum in Britannia Rom.; h. *Hertford, Hartford.*

Aredāta, Aredate, Aredatum, Aurelianum, Gesodunum, Lentia, Lentium, Lincia, Lincium, Norici opp. ad

Danubium, a Gratiano Imper. constitutum; h. *Linz.*

Arĕlas, Arelāte, serius **Arelatum, Julia Paterna, Sextanorum colonia, Gallula Roma,** Salyum in Gallia Narbon. urbs amplissima et emporium ad Rhodanum. Coloniam multi vocant, ut Suetonius, qui a Tiberii patre deductam tradit. Cum posteriori tempore loci amoenitate invitatus sedem imperii ibi fixisset Constantinus, dicta est Constantia urbs. Idem Imperator in dextra Rhodani ripa e regione veteris novam exstruxerat et cum vetere ponte junxerat. H. *Arles*; incolae Arelatenses, Arelatenses Sextani; adj. Arelatensis.

Aremontium v. Areburium.

Aremorĭca s. **Armorica, Aremoricae** s. **Armoricae Civitates,** i. e. maritimae plurium populorum civitates in Gallia Celtica, inter Sequanam et Ligerim fluvios. quae dicuntur etiam Armoricae Orae, Armoricanus s. Armoricus Tractus, Britannia Minor, Neustria; fere ubi nunc *Bretagne u. Normandie*; adj. Aremoricus et Armoricus; Aremorici s. Armorici commune nomen incolarum hujus tractus civitatum.

Arŏna, urbs Peloponnesi in Elide, quam Homerus amoenam vocat, quod Minyo flumine alluatur Ejusdem nominis urbs est in Messenia.

Arethon v. Arachthus.

Arethūsa, Armeniae Maj. lacus, quem Tigris perfluit.

Arethūsa, urbs Casiotidis in Syria.

Arethūsa, urbs Syriae ad Orontem; cives Arethusii.

Arethūsa, fons Siciliae in Ortygia insula apud Syracusas; adj. Arethusius, Arethusaeus et Arethusis, idis, f.; cf. Alpheus.

Aretium, Arrhetium, Arretium, Arētum, Arretinorum Urbs, Colonia Fidens Julia Arretium, Municipium Aretinum, Italiae Propr. in Etruria opp., Maecenatis patria, multis etiam ac praestantissimis vasis fictilibus ibi confectis nobile; h. *Arezzo*; incolae Aretini; adj. Arretinus.

Argaeus, mons altissimus Asiae in Cappadocia apud Mazacam urbem in Ciliciae finibus; h. *Ardjesch*.

Argantomăgus, Argentomagum, Argentonium, Biturigum Cuborum in Gallia Aquit. opp.; h. *Argenton*.

Argathelia, Argyle *Prov. in Schottland.*

Argea, Argia v. Argolis.

Argelia, Torgavia, *Torgau im Herz. Sachsen.*

Argentānum, Marcopoli, Italiae Infer. in Bruttiis opp.; h. *S. Marco.*

Argentaria, Argentuaria, Argentovaria, urbs Rauracorum in Gallia Belg., Ello fluvio irriguus, prope quam Julianus Imper. Alemannorum triginta millia cecidit; h. vicus *Horburg ed. Harburg.*

Argentarius, Italiae in Etruria mons s. promont. prope Cosam exadversus Igilio insulae; h. nonnullis *Monte Argentaro.*

Argenteus s. **Argenteum Flumen,** Galliae Narbonensis fl., qui prope Forum Julii in Mare Mediterraneum exit; h. *Argens.*

Argenteus Mons, Hispaniae Tarrac. mons; in quo Baetis fontem habet; h. *Sierra Segura.*

Argenteus Pons, locus vel vicus cum ponte in fluvio Argentea.

Argentina, *Swornick, Zwornick in Bosnien.*

Argentŏmum, *Argentan in Frankr.*

Argentonium v. Argantomagus.

Argentorātum, Argentoratus, Argentina Civitas, Argentŏra, Angusta Tribocorum, Tribocum, Stratisburgum, Stratisburgum, urbs Galliae Belg. in Tribocis ad Rhenum sita; h. *Strassburg*; adj. Argentoratensis et Argentinensis.

Argentovaria, Argentuaria v. Argentaria.

Argenus v. Araegenus.

Argi, orum, **Argos, eos,** n. Argolica Urbs, Peloponnesi in Argolide oppidum. Fuerunt plures cognomines urbes, quas haud rare miscent auctores. Nomen accepi

ab Argo, et Plinius vocat Hippium, porro Inachium ab alluente flumine Inacho. Sita erat in campo plano, habuitque collem mediocriter munitum, in eoque Jovis templum. Junonis cultus satis notus est. Fuit urbs olim florentissima, portum habuit Nauplíam. Varia ejus fata exposuit Strabo VIII. Hodienum *Argos* et portus vocátur *Napoli di Romania*; adj. Argīvus, Argius, Argēus.

Argīa Amphilochis v. Argos Amphilochicum.

Argia, Romania Minor, Romania Moreae, Saccania, *Prov. Saccania in Morea.*

Argilētum, locus Romae inter Aventinum et Capitolinum montem. Quidam pro letum Argi putant poni, quod Argus quidam ibi occisus esse dicatur, alii ab argilla derivant ac pro Argiletum dici volunt. Ibi Janii templum erat a Numa exstructum, et bibliopolae libros venditabant, nec non Ciceronis ibidem domos aut tabernas habuisse videntur; adj. Argiletanus.

Argēnussae, Argenussae, Arginussae, Argennusa, Arginusa, insulae tres parvae Aegaei Maris inter Lesbum et Aeolidem, ubi Athenienses de Lacedaemoniis victoriam bello Peloponnesiaco reportarunt.

Argīvi, Argolidis in Peloponneso populus. Phoenicum et Aegyptiorum colonia Inacho deducente excolebatur, regibus parebat, in artibus versabatur atque Romanorum imperio subjiciebatur.

Argoja, Argonia, Argovia, Argunē, Araris Pagus, *d. Canton Argau in d. Schweiz.*

Argolica, Urbs v. Argi.

Argolicus Sinus, Myrtoi Maris pars inter Laconicam et Argolicam, h. *Golfo di Napoli di Romania.*

Argŏlis, Argēa, Argia, Peloponnesi orientalis regio, plerumque Argos, ut urbs primaria. Nomen accepit ab Argo, prisco rege, etsi alii ad totam Peloponnesum referunt. H. *Saccania*; adj. Argolicus.

Argonia v. Argoja.

Argos v. Argi.

Argos Amphilochicum s. Argia Amphilŏchis, urbs Graeciae in Acarnania. Regio dicitur Amphilochia, populi Amphilochi. Nomen deducunt ab Amphilocho, quem alii Alemaeonis filium, alii fratrem faciunt. Acarnaniae fuit caput et positum in sinu Ambracio, et distabat CLXXX stadiis ab Ambracia. Postea cum finitimis urbibus ad locupletandam Nicopolim exhausta est. Quidam *Filoquia* nunc vocari scribunt.

Argos Hippium v. Arpi.

Argўra, Argentea, urbs in occidentali parte insulae cognominis posita.

Argўre, Jabadii insula, Indiae ad Chersonesum Auream ins., tam foecunda metallis, ut plerique eam (cum altera proxima, nomine Chryse) aurea sola et argentea habēre prodiderint. Aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est. Hod. plerisque *Sumatra.*

Argyrippa, Argyripa v. Arpi.

Aria v. Aeria.

Aria v. Ariane.

Aria, Ariae in Persia metropolis ad Ariam fluvium sita; h. *Herat, Heri.*

Aria, Persiae lacus in Aria; h. *Zereh od. Durrah.*

Arialbinum, Arialbinnum, Arialbinium, urbs Galliae Belgicae in Rauracis.

Ariāne, Ariana, regio inter Persidem et Indiam. Latius patet, quam Aria; haec nomen est unius regionis, illa totum Ariorum imperium complectitur, quippe qui plures subegerant populos. Auctores tamen Arios et Arianos promiscue et vage saepe ponunt, et modo hos, modo illos in eodem nexu commemorant. Ariana complectitur hod. Persida orientalem: Aria hod. *Iran* vel *Herat* esse putatur.

Ariani Montes, Ariorum Mons, Marianus Mons, in Hispania Baet. cum aeris fodinis uberibus; h. *Sierra Morena u. s. w.*

Arias, Areius, Arius, Persiae in Aria fluvius, qui in Seri-

phis montibus ortus Ariam lacum facit; h. *Heri.*

Ariaspae, Agriaspae, Arimaspi, Evĕrgĕtae, Persiae populus in Drangiana, qui Cyro exercituique in locis desertis commeatum subvexit, ab eoque immunitatem et Evergetarum nomen praemium adeptus est.

Ariaspe, Agriaspe, metropolis Evergetarum in Drangiana; h. *Dergasp.*

Aricia, urbs Italiae in Latio sub Albano monte, quae etiam Aricia Nemoralis dicitur; h. *Ariccia od. La Riccia;* cives Aricini; adj. Aricinus.

Aricinum Nemus, Aricinum Triviae Nemus, Dianae Aricinae Lucus, silva apud Ariciam, ubi templum celebre Dianae Tauricae erat, eique olim homines immolabantur. Pontifex Nemoralis Rex dicebatur.

Ariconium, opp. Silurum in Britannia Rom.; h. *Kenchester.*

Arii, Persiae in Aria populus.

Arimathaea, Arimathia, Armathaem, Rama, Ramath, Ramatha, Ramathaim-Zophim, Ramathem, Ramula, urbs Samariae in Palaestina in monte Ephraim; Samuelis patria; h. *Rama, Ramla, Bedschiala.*

Arimĭnum, Italiae Propr. in Senonibus opp. ad Mare Superum et flumen cognomine. Umbrorum coloniam facit Strabo et XXII annis post, quam Galli erant expulsi, Romanorum. Postea novam coloniam eo deduxit Octavius Caesar, unde Colonia Augusta vocatur. A Liburnis eversam Diocletianus refecit, illisque victis triumphalem ibi arcum exstruxit. H. *Rimini;* cives Ariminenses; adj. Ariminensis.

Arimĭnus, Umbriae fluv., qui in Apenninis ortus iuxta Ariminum in Mare Adriaticum effunditur; h. *Marecchia.*

Ariodunum, Vindeliciae opp.; h. *Aerding, Erding.*

Arisba, Arisbe, opp. Asiae Min. in Troade, in littore Rhoeteo ab Achille eversum. Milesiorum erat colonia.

Arispae, urbs Indiae intra Gangem ad Acesinis et Hydaspis confluentes sita.

Aristadium, Arnistadum, Arnestadum, *Arnstadt in Thüringen.*

Arius fl. v. Arlas.

Ariusia, urbs Chii insulae. Ager ejus vel mons Ariusius s. Arvisius foecundus erat vini generosissimi; adj. Ariusius et Arvisius.

Arlaburgum, Arolae Pons, Arberga, *Arberg in d. Schweiz.*

Arlăpe, Arlapa, Ara Lapidea, urbs Norici, ubi fluvius cognominis eum ingreditur; h. *Pischlarn;* adj. Arlapensis.

Arlăpe, Norici fluv. in Danubium exiens; h. *Erla od. Erlaph.*

Arlunum, Arolaunum, Oralaunum, Oralunum, *Arlon in d. Niederlanden.*

Armacanum, Armacha v. Ardimacha.

Armĕne, Asiae Min. in Paphlagonia opp. prope Sinopen.

Armenia, in S. L. Thogarma, montana Asiae Magnae regio. Fines habebat Mare Hyrcanum, Albaniam, Iberiam, Pontum Euxinum, Mesopotamiam, Assyriam atque Atropatenen. Secundum Ptol. triplex erat, Superior, Inferior et Romana; adj. Armenius et Armeniacus; incola Armenius, Armenus et Armenus.

Armenia Magna, Armenia Major, Armenia, quae Mari Caspio et Araxe, Albania, Iberia, Armenia Minore et Euphrate, Mesopotamia et Tauro terminabatur; h. *Turcomannien u. Iran, Eriwan.*

Armenia Minor, Armenia Parva, Armenia Pontica, quae inter Euphratem et Cappadociam sita erat; h. *Aladulie.*

Armeniacensis Comitatus, Armeniăcus Ager, Artomici Aromici, *chem. Prov. Armagnac in Frankr.*

Armenius Mons, in Armenia Tauri cornu, qui etiam Moschicus appellatur a Moschis, populo Albanis et Iberis finitimo.

Armenopolis, *Armenienstadt in Siebenbürgen.*

Armentariae, Armenteria, *Armentiers in Frankr.*

Armentio, *Plus Armançon in Frankr.*

Armorica v. Aremorica.

Armosăta, Arsamosata, Armeniae Maj. in Sophene castrum; h. *Sirmat*, aliis *Simsat*; incolae Armosattēni.

Armozon, ontis, Harmozon, Vadichora Ptol. Carmaniae promont. ad Sinum Persicum, regione Asabori, prom. Arabiae; h. *Cabo Jasquette*, aliis *Cap Kuhestek*.

Armuza, Harmuza, Ormuzium, urbs Carmaniae ad prom on Armozon; h. *Ormus*.

Armuzia, Harmozia, regio ad initium Sinus Persici ad Anamis fluvii ostium; h. ins. *Ormus*, *Hormus* esse putatur.

Arna, urbs Italiae in Umbria ad Apennini radices prope Tiberim; incolae Arnētes.

Arnapha, Ervates, Erphates, *Fl. Erst im Westph. Kr.*

Arnestadum v. Aristadium.

Arnetium, Arnejum Ducis, Arnaeum Ducum, *Arnay le Duc.*

Arnus, Italiae Propr. in Etruria fluvius rapidissimus in Apenninis oriens, qui Florentiam et Pisam perfluit atque apud Pisarum portum in Tuscum mare evolvitur; h. *Arno*; adj. Arnensis.

Arocelis, Aracoelis, urbs Vasconum in Hispan. Tarrac.; incolae Arocelitani.

Arola v. Arar.

Arolae Mons, Arolaeburgum, Arburgum, *Aarburg in d. Schweiz.*

Arosia, *Arosen, Westeroes in Schweden.*

Arothia, *Arolsen im Westph. Kr.*

Arovia, Arovium v. Araugia.

Arpi, prius Argyrīpa s. Argyrippa, Italiae Infer. opp. in Apulia Daunia, a Diomede rege conditum ejusque sedes, ac primum a nomine patriae Argos Hippium appellatum. Romani illud non semel expugnarunt. Ejus pauca rudera supersunt, ubi h. *Arpe b. Foggia*; cives Arpini et Arpani; adj. Arpanus.

Arpinum, urbs Latii in Volscis ad Liris fluv. sita. Romanorum colonia erat atque ante Punicum bellum primum civitate donata; Marii et Ciceronis natalibus clara, qui villas ibi habuit; h. *Arpino*; incolae Arpinates; adj. Arpinas et Arpinus.

Arretium v. Aretium.

Arriaca, urbs Carpetanorum in Hispania Tarrac.; h. *Guadalaxara*.

Arsacia, Arsăce, Raga, Ragēa, Mediae Magnae in Ragiana opp., a Seleuco Nicatore conditum; h. *Casbin od. Cazwin*.

Arsamosata v. Armosata.

Arsanias, Arsanius, Armeniae Maj. fluv., qui Arsamosatam alluit atque Euphrati miscetur.

Arsea v. Asaca.

Arsenaria v. Arsinna.

Arsia, Illyrici in Japydia fluvius, qui hanc ab Istria sejungit et in Sinum Flanaticum exit.

Arsia, Italiae in Etruscis silva, Romanorum cum Etruscis et Vejentibus pugna nobilis. Hanc silvam alii Ursos vocant.

Arsia, Italiae fluvius Campaniam praeterfluens, cujus latitudinem ab una parte disterminat, Varo flumine alteram occupante.

Arsinarium Promontorium, Ἐσπέρου κέρας, Caput Viride, Africae Occidentalis prom. prope Stachirum fluvium; h. *Cap de Verde*.

Arsinna, Arsenaria Colonia, Arsenaria Latinorum, Mauretaniae Caesar. oppidum. In hodierno nomine *Arzen*, *Arzew* et *Marsalquibir* dissentiunt.

Arsinoë, Cleopatris, idia, Posidium, Suesia, urbs Aegypti Infer. in septentrione Heroopolitae sinus. A Ptolomaeo Philadelpho condita nomen a Cleopatra traxit; h. *Suez*, *Sueyes*.

Arsinoë, antea Crocodilopolis Crocodilorum Urbs, Aegypti Mediae in Arsinoite Nomo oppidum. Ibi crocodilus alebatur et colebatur; h. *Alfejum*; cives Arsinoitae.

Arsinoë, Berenice Epidires, urbs Africae in Troglodytice in aditu Sinus Arabici prope promont. Dira.

Arsinoë, Fama Augusta, Famagusta; h. *Famagòsta*, *Mausa*. Tres praeterea cognomines urbes in eadem insula inveniuntur.

Arsinoë, Graeciae in Aetolia opp. prope Lysimachiam lacum in oriente Acheloi.

Arsinoë v. Patara.

Arsinoë, antea Teuchira, Tauchira, urbs Africae in Cyrenaica, inter Ptolemaida et Berenicen; h. *Teukera.*

Arsinus v. Erasinus.

Arsissa, Armeniae Maj. lacus ad occidentem Philadelphiae, h. *Wan, Van od. Aetamar in Turcomann.*

Artăbrum, Celticum, Turris Augusti Promontorium, Caput Finis Terrae, promont. Hispaniae Tarrac. in Artabris; h. *Capo Finisterre.*

Artacoana, Arctacana, urbs Persiae in Aria.

Artagicerta, Artagĕrae, Artagira, Armeniae Maj. ad Tigridem, ubi C. Caesar mortiferum vulnus accepit; h. *Ardis.*

Artaunum, Herbipolis, Macropolis, Vurceburgum, Germaniae opp. in Hermunduris; h. *Würzburg.*

Artaxăta, orum, Artaxata, ae, urbs primaria Armeniae Maj. ad Araxem fluvium, ab Artaxia rege ex consilio Hannibalis, hospitis sui, constituta. Nerone imperante eversa est a Romanis, post refecta dicta est Neronia.

Artemisia, Dianium, Tyrrheni Maris ad Etruriam insula contra Tiberis ostium; h. *Gianuti, Januti.*

Artemisium, Aegaei Maris ins. inter Euboeam et Sunium promontorium.

Artemisium, Peloponnesi in Argolide mons in Arcadiae finibus cum Dianae templo.

Artemisium, Dianium, Ferraria, Hispaniae Tarrac. ad Suoroniensem Sinum; h. *Cap. Martin od. Artemus.*

Artemisium, Dianium, Hemeroscopion, opp. Contestanorum in Hispania Tarrac. ad promontor. Dianium; h. *Denia.*

Artemisium, promont. in septentrionali Euboeae insulae parte, exadversum Aphetas in Thessalia, ubi Themistocles Persarum classem superavit. Ibi Artemisium s. Fanum Dianae (Proseoae), Dianae templum erat.

Artemīta, Cordienes in Armenia Maj. opp. ad Arsissam lacum; h. *Van od. Aetamar.*

Artēna, Italiae in Etruria opp. inter Caere et Vejos. Eiusdem nominis urbs in Volscis sita erat.

Artesia, Arthesium, Atrebatensis Ager s. Comitatus, h. *Artois in Frankr.*; d. Eins. Altrēbates, Artesii; adj. Atrebaticus.

Artigi, Artigis, Hispaniae Baet. opp. cum calidis medicae salubritatis fontibus; h. *Alhama.*

Artobriga, urbs Norici; h. aliis *Laufen im Oestr. Kr. Teissendorf od. Raschenberg b. Salzb.*

Artomici v. Armeniacenus Ager.

Artynia, Miletopolitidis, Asiae in Mysia Min. lacus, ex quo Rhyndacus oritur.

Arucci, Arucae, urbs Hispaniae Baet. ad Anae ostium; h. *Moura.*

Arula v. Arola.

Arula, *Arlberg, Berg üb. Schaffhausen, Tyrol u. d. Schweiz.*

Arunda, urbs Turdetanorum in Hispania Baet. inter Anam et Baetim fluvios; h. *Ronda.*

Arundae Montes, Hispaniae Baeticae montes nive rigentes; h. *Sierra de Ronda.*

Aruntĭna, *Arondel, Arundel in England.*

Arur v. Arar.

Arverna, Arvernum v. Augustonemetum.

Arverni, Averni, Alverni, Galliae Aquit. populus, ad Elaverem fluvium, cujus terra Arvernia s. Alvernia dicitur; ubi h. *Auvergne*; adj. Arvernicus et Arvernus.

Arvisia v. Ariusia.

Arx Batavorum v. Batavorum Oppidum.

Arx Britannica, locus Batavorum in Gallia Belgica prope Lugdunum Batavorum; h. *Schloss Hayts the Britten, Brittenburg.*

Arx Ludovici ad Saram, Fanum S. Ludovici ad Saram, Saravus Ludovici; *Charlouis im Grossherz. Niederrhein.*

Arx Minervae, Castrum Minervae, Portus Veneris, Minervium, locus Apuliae in Calabria; ubi Aeneas navibus egressus est; h. *Castro*.

Arx Rubra, *Rothenthurm*, *Pass in Siebenbürgen*.

Arx Ubiorum v. Bonna.

Arzanitorum oppidum, Thospia, urbs Armeniae Maj. in Arzanene.

Arzes, urbs Carduenes in Armenia Maj. prope Theodosiopolim; h. *Argish*.

Arzes, Arzen, Armeniae Maj. opp. ad Arsissani lacum et prope fontes Euphratis; h. *Erzerum*.

Arzilla v. Zilis.

Asabōrum Promontorium, Maceta, in Arabia Felici ad oram Sinus Persici.

Asaea, Iasaea, Asĕa, Arsea, Peloponnesi in Arcadia prope Tegeam et Alpheum, qui quinque ab hinc stadiis e terra rursus emergit. Ex hac et aliquot urbibus aliis Megalopolis originem duxit; adj. Asaeus; civis Asēāta.

Ascalingium, Bennopolis, Hildesia, urbs Germaniae in Hermionibus; h. *Hildesheim*; adj. Hildesiensis.

Ascălo, rectius quam Ascalon, quia Latini graeca nomina, quorum genitivus in *onos* flectitur, in o terminare consuescunt. Urbs fuit Palaestinae in Judaea. Vetustas ejus inde cognoscitur, quod S. S. eam in V. primis Philistinorum oppidis ponit. Ab Hierosolymis distabat DXX stadiis i. e. XVI. mill. germ. Tulit viros doctos, in quibus Apollonium, Artemidorum historicos, Ptolomaeum grammaticum, Antiochum philosophum, Varronis et Ciceronis praeceptorem. Praedicatur vinum Ascalonium et cepae, unde nunc *Schalotte* descendit. H. ibi pagus est *Ascalon* vel *Scalona*. Incolae Ascalonitae; adj. Ascalonius.

Ascania, Asiae in Bithynia regio, circa Ascanium lacum, inter Propontidem, Montem Olympum et Sangarium fluvium.

Ascania, Ascania Urbs, Ascharia, *Aschersleben im Nieder. Kr.*

Ascanius, Tuscania, *Toscanella im Kirchenstaate*.

Ascania Regio, Anhaltinus Principatus, *Fürst. Anhalt. im Obersächs. Kr.*; adj. Ascanius et Ascaniensis.

Ascaniae Insulae, Aegaei Maris ad Troadis oram insulae parvae.

Ascanius, Bithyniae in Ascania regione fluvius, qui ex Ascanio lacu ortus in Propontidem effunditur; h. *Aesu*.

Ascanius Lacus, Bithyniae in Ascania lacus, cui Nicaea adjacet; h. *Aesu od. See von Nicaea*.

Ascharia v. Ascania.

Asciburgium, Ascipyrgion, opp. vel castellum Jugernorum in Gallia Belg., quod Ulyssem condidisse fabulantur; h. *Asburg*, aliis *d. Dorf Essenberg*.

Asciburgius, Juga continua Montium, Asciburgius Mons, Gigantĕi Montes, in Germania, Sudetorum latus; h. *das Riesengebirge*.

Asciburgum, Embrica, Emerica, Emericum, urbs Bructerorum in Germania prope Rhenum; h. *Emmerich*.

Ascra, urbs Graeciae in Boeotia, in aspero ac sterili loco atque ad dextram Heliconis partem sita. Ibi Hesiodus natus erat; adj. Ascraeus.

Ascrivium, Ascruvium, Catarum, Catarus, Cattara, urbs Illyrici in Dalmatia ad Sinum posita et portu instructa; h. *Cattaro*.

Ascŭlum, Asculum Apŭlum, Asclum, Italiae Infer. in Daunia opp., nobile illata Pyrrho a Curio et Fabricio Cos. clade; h. *Ascoli di Satriano*.

Ascŭlum, Asculum Picēnum, Asclum, Colonia Asculanorum, urbs Italiae Propr. in monte posita, quem Truentus amnis alluit; h. *Ascoli*; cives Asculani; adj. Asculanus et Asculanensis.

Ascuris Palus, in Thessalia in Macedoniae finibus, Olympo monti inter occasum solis et septentrionem situs, prope Lapathum urbem.

Asdod v. Azotus.

Asea v. Asaea.

Asia, orientalis trium veteribus notarum terrae, partium, reliquas magnitudine superans, ab Europa Mari Interno, Aegaeo, Ponto Euxino et Tanai flumine, ab Africa, secundum veterum sententiam Nilo dirimitur, ab ortu, septentrione et meridie Oceano alluitur. Nomen traxit ab Asia nympha, Oceani et Tethyos filia, Japeti conjuge, ex qua Prometheum genitum ferunt, vel ab Asio, Lydo, Manei filio. Incolae Asiāni; adj. Asiaticus, Asianus, Asiagenes, is, et poët. Asiăcus et Asis, idis, f.

Asia Minor, Asia cis Taurum, Asia Citerior, Asia intra Halyn, Asia intra Taurum, Asia Propria, Chersonesus, Asiae Majoris s. Ulterioris pars, paeninsulae formam habens; cujus isthmus a sinu Issico ad Pontum Euxinum pertinet. H. *Natolia*, *Anadoli*, a Turcis appellata, a graeco vocabulo *ἀνατολὴ*, quod orientem significat.

Asia, urbs Lydiae ad radices Tmoli, ubi trium chordarum lyram inventam esse perhibent.

Asia, regio Lydiae inter Tmolum montem et Caystrum fluvium.

Asia Palus, Lydiae in Asia Terra lacus.

Asinaeus Sinus, Messeniacus, Thuriātes, Plinius Coronaeum tanquam recessum ejus commemorat, Peloponnesi in Messenia inter Acritam et Taenarium promontoria sinus, dictus ab Asine, urbe ibi sita; h. *Golfo di Coron.*

Asinărus, Asĭnes, parvus Siciliae fluvius; e regione Aetnae; h. *Freddo.*

Asindo, Assindonia, Assidonia, Methymna Sidonia, urbs Turdetanorum in Hispania Baet.; h. *Medina Sidonia.*

Asĭne, urbs Siciliae; h. *Francomini.*

Asine, Asine Hermionica, urbs Peloponnesi in Argolide ad Sinum Hermionicum.

Asine, Messenes opp. prope Acritam prom. cum portu. Colonia Asines Hermionicae fuit, sinusque nomen inde traxit.

Asine, urbs Peloponnesi in Laconica, Sinui Laconico adjacens.

Asines fl. v. Asinarus.

Asiongaber, Eziongeber, Berenice, urbs Palaestinae in Idumaea ad Elaniticum Sinum prope Elanam cum portu; h. alii *Scharme*, alii *Dsjerm.*

Asisium, Asisĭnatium Municipium, opp. Italiae Propr. in Umbria; h. *Asisi*; cives Asisinates.

Asius, Clasius, Umbriae fluv., qui ad radices Apenninorum ortus in Tiberim immittitur; h. *Chiascio.*

Asmiraea, Asmiria, urbs Asiae in Serica ad radices Asmiraeorum Montium; h. *Hami*, *Hamel*, *Kamli.*

Asnidia, Assindia, Essendia, Essena, *Essen im Grosherz. Niederrhein.*

Asōpus, Graeciae in Boeotia fluvius. Fontes habet in Cithaerone monte Thebas et Plataeam praeterfluit atque e regione Eretriae in Euboea in mare effunditur; h. *Asopo*; accolae Parasopii.

Asōpus, Peloponnesi in Sicyonia fluvius; e Cyllene monte prolapsus Sicyonem alluit atque in Sinum Corinthiacum effunditur.

Asōpus, urbs Peloponnesi in Laconica; h. quibusdam *Rampano.*

Asopus, Thessaliae fluv., qui in Phthiotide in Oeta monte oritur atque in Maliacum Sinum egreditur.

Asovia v. Tanais.

Aspa, Aspadāna, Aspahāmum, urbs Persiae in Paraetacene in Mediae finibus ad septentrionalem Cambalidi montis declivitatem; h. *Ispahan*, *Isfahan.*

Aspalatos, Aspalathum, Aspalatrum, Spalatrum, Salona Nova; h. *Spalatro*; v. etiam Salona.

Asparagium, urbs Illyriae Graecae ad Genusum amnem.

Aspendus, opp. Asiae Min. in Pamphylia, situm in promontorio LX stadiis ab Eurymedontis ostio. Celebratur Veneris cultu porcinis sacrificiis peracto; h. alii *Primopolis*, alii *Minugat*; cives Aspendii.

Asperosa, Astrizza, urbs Thraciae; h. *Asperosa.*

Asphaltites, ae, Lacus, Asphaltis, Asphaltitis, Mare Mortuum, Mare Orientale, Mare Salinarum, Mare Salis (Salsum), Sodomiticus Lacus, Palaestinae in Judaea lacus in finibus Arabiae Desertae, CCC stadiis Hierosolymis distans, D. stadiis longus et LX st. latus, in quem Jordanes se exonerat. H. *Todtes Meer, Bahr Lut.*

Aspis v. Clupea.

Aspis, idis, Africae in Syrtica Regione portus; h. *Lard.*

Aspis, mons Africae Min. in Zeugitana; Straboni prope Taphitim prom. situs; h. *Meis.*

Aspis, Hispaniae Tarrac. in Contestanis opp.; h. *Aspe in Valencia.*

Asprencia, Espernaeum, Sparnacum, *Epernay, Espernay in Frankr.*

Assidonia v. Asindo.

Assindia v. Asnidia.

Assofium v. Tanais.

Assŏrus, urbs Macedoniae in Mygdonia.

Assōrus, Assorium, urbs Siciliae inter Agyrium et Ennam ad Chrysam fluvium; ab ea Assorinus Ager dictus est; cives Assorini.

Assos, Assus, f., Assum, Asiae in Aeolide opp. Ponitur varie ob terminorum viciniam. In Troade ad Idam agnoscit Pausanias. Inclaruit Cleanthe, philosopho Stoico, ejusque ager celebratur tritici abundantia et lapide, qui Sarcophăgus dicebatur, quoniam omnia corpora consumebat. H. *Assos*; adj. *Assius.*

Assus, Cretae ins. opp., in quo vetustissimum Jovis templum erat.

Assyria, Asiae Maj. regio montuosa, Tigridi versus orientem, quae Armeniam, Niphatem montem, Mediam, Babyloniam et Mesopotamiam fines habet. Nomen invenit ab Assure, Noachi nepote. H. *Kurdistan, Kjurdistan*; incolae Assyrii; adj. Assyrius.

Assyrii, Leucosyri, Syri, Asiae Min. in Cappadocia Pontica populus, inter quem et Paphlagŏnes Halys in Pontum Euxinum evolvitur.

Asta, Asta Colonia, Asta Pompeja, Astensis Civitas, urbs Statiellorum in Gallia Cisalpina ad Urbis et Tanari confluentes; h. *Asti*; incolae Astenses, adj. Astensis.

Asta, Asta Regia, urbs Hispaniae Baet. et colonia, sita inter aestuaria Baetis. H. VIII M. P. a flumine abest, quoniam ostium ejus meridionale limo obductum est. Urbs fuit clara et Turdetani conventus ibi habuerunt. H. putatur *la Mesa de Asta s. Salucar*; plerisque est *Xeres de Frontera*; adj. Astensis.

Astabŏras, Astaborras, Astabores, Aethiopiae supra Aegyptum fluv., qui in Nubis ortus ab orientali latere insulae Meroës in Nilum effunditur, h. aliis *Moreb vel Moroy*, aliis *Takazze, Atbara.*

Astăcus, Astacum, urbs Asiae in Bithynia ad sinum Astacenum. A Lysimacho eversa est, qui incolas ejus Nicomediam vicinam abduxit.

Astăcus, urbs Graeciae in Acarnania prope Acheloi ostium.

Astacēnus Sinus, in Bithynia, qui prius Olbianus, postea Nicomedicus dictus est; h. *Golfo di Comidia od. Ismit.*

Astāpe, Astapes, Astapus, Aethiopiae supra Aegyptum fluvius, qui e Coloë lacu ortus in occidentali parte Meroës insulae Nilo miscetur; h. *Bahr-el-Azac (Abawi).*

Asteria, Asteris, ins. Jonii Maris inter Cephaleniam et Ithacam; h. *Didascalia.*

Asteria v. Delus et Rhodus.

Asterius, Aegaei Maris insula ad Joniae oram contra Maeandri ostium. Ibi Persae a Graecis classe victi sunt eodem die, quo apud Plaetaeas.

Astĭgi, Astigis, Astigitana Colonia, Colonia Augusta Firma, Colonia Ast. Augusta, opp. Hispaniae Baeticae ad Singilim fluvium; h. *Ecija*; adj. Astigitanus.

Astraeus, Macedoniae fluvius, qui partim Lydiam lacum permanat atque in Axium effunditur, partim in Thermaicum Sinum egreditur; h. *Vistrizza.*

Asia, orientalis trium veteribus notarum terrae partium, reliquas magnitudine superans, ab Europa Mari Interno, Argaeo, Ponto Euxino et Tanai flumine, ab Africa, secundum veterum sententiam Nilo dirimitur, ab ortu, septentrione et meridie Oceano alluitur. Nomen traxit ab Asia nympha, Oceani et Tethyos filia, Japeti conjuge, ex qua Prometheum genitum ferunt, vel ab Asio, Lydo, Manei filio. Incolae Asiāni; adj. Asiaticus, Asianus, Asiagenes, is, et poët. Asiăcus et Asis, idis, f.

Asia Minor, Asia cis Taurum, Asia Citerior, Asia intra Halyn, Asia intra Taurum, Asia Propria, Chersonesus, Asiae Majoris s. Ulterioris pars, paeninsulae formam habens; cujus isthmus a sinu Issico ad Pontum Euxinum pertinet. H. *Natolia, Anadoli*, a Turcis appellata, a graeco vocabulo *ἀνατολὴ*, quod orientem significat.

Asia, urbs Lydiae ad radices Tmoli, ubi trium chordarum lyram inventam esse perhibent.

Asia, regio Lydiae inter Tmolum montem et Caystrum fluvium.

Asia Palus, Lydiae in Asia Terra lacus.

Asinaeus Sinus, Messeniacus, Thuriātes, Plinius Coronaeum tanquam recessum ejus commemorat, Peloponnesi in Messenia inter Acritam et Taenarium promontoria sinus, dictus ab Asine, urbe ibi sita; h. *Golfo di Coron.*

Asinărus, Asĭnes, parvus Siciliae fluvius; e regione Aetnae; h. *Fredde.*

Asindo, Assindonia, Assidonia, Methymna Sidonia, urbs Turdetanorum in Hispania Baet.; h. *Medina Sidonia.*

Asĭne, urbs Siciliae; h. *Francomini.*

Asine, Asine Hermionica, urbs Peloponnesi in Argolide ad Sinum Hermionicum.

Asine, Messenes opp. prope Acritam prom. cum portu. Colonia Asines Hermionicae fuit, sinusque nomen inde traxit.

Asine, urbs Peloponnesi in Laconica, Sinui Laconico adiacens.

Asines fl. v. Asinarus.

Asiongaber, Eziongeber, Berenice, urbs Palaestinae in Idumaea ad Elaniticum Sinum prope Elanam cum portu; h. alii *Scharme*, aliis *Dsjerm.*

Asisium, Asisinātium Municipium, opp. Italiae Propr. in Umbria; h. *Asisi*; cives Asisinates.

Asius, Clasius, Umbriae fluv. qui ad radices Apenninorum ortus in Tiberim immittitur; h. *Chiascio*

Asmiraea, Asmifia, urbs Asiae in Serica ad radices Asmiraeorum Montium; h. *Hami, Hamel, Kamli.*

Asnidia, Assindia, Essendia, Essena, *Essen im Grossherz. Niederrhein.*

Asōpus, Graeciae in Boeotia fluvius. Fontes habet in Cithaerone monte Thebas et Plataeam praeterfluit atque e regione Eretriae in Euboea in mare effunditur; h. *Asopo*; accolae Parasopii.

Asōpus, Peloponnesi in Sicyonia fluvius; e Cyllene monte prolapsus Sicyonem alluit atque in Sinum Corinthiacum effunditur.

Asōpus, urbs Peloponnesi in Laconica; h. quibusdam *Rampano.*

Asopus, Thessaliae fluv., qui in Phthiotide in Oeta monte oritur atque in Maliacum Sinum egreditur.

Asovia v. Tanais.

Aspa, Aspadāna, Aspahānum, urbs Persiae in Paraetacene in Mediae finibus ad septentrionalem Cambalidi montis declivitatem h. *Ispahan, Isfahan.*

Aspalatos, Aspalathum, Aspalatrum, Spalatrum, Salona Nova; h. *Spalatro*; v. etiam Salona.

Asparagium, urbs Illyrii Graecae ad Genusum amnem.

Aspendus, opp. Asiae Min. in Pamphylia, situm in promontorio LX stadiis ab Eurymedontis ostio. Celebratur Veneris cultu porcinis sacrificiis peracto; h. aliis *Primopolis*, aliis *Minugat*; cives Aspendii.

Asperosa, Astrizza, urbs Thraciae; h. *Asperosa.*

Asphaltites, Lacus, Asphaltis, Asphaltitis, Mare Mortuum, Mare Orientale, Mare Salinarum, Mare Salis (Salsum), Sodomiticus Lacus, Palaestinae in Judaea lacus in finibus Arabiae Desertae, CCC stadiis Hierosolymis distans, D. stadiis longus et LX st. latus, in quem Jordanes se exonerat. H. *Todtes Meer, Bahr Lut.*

Aspis v. Clupea.

Aspis, idis, Africae in Syrtica Regione portus; h. *Lard.*

Aspis, mons Africae Min. in Zeugitana; Straboni prope Taphitim prom. situs; h. *Meis.*

Aspis, Hispaniae Tarrac. in Contestanis opp.; h. *Aspe in Valencia.*

Asprencia, Espernaeum, Sparnacum, *Epernay, Espernay in Frankr.*

Assidonia v. Asindo.

Assindia v. Asnidia.

Assofium v. Tanais.

Assŏrus, urbs Macedoniae in Mygdonia.

Assōrus, Assorium, urbs Siciliae inter Agyrium et Ennam ad Chrysam fluvium; ab ea Assorinus Ager dictus est; cives Assorini.

Assos, Assus, f., Assum, Asiae in Aeolide opp. Ponitur varie ob terminorum viciniam. In Troade ad Idam agnoscit Pausanias. Inclaruit Cleanthe, philosopho Stoico, ejusque ager celebratur tritici abundantia et lapide, qui Sarcophăgus dicebatur, quoniam omnia corpora consumebat. H. *Assor*; adj. *Assius.*

Assus, Cretae ins. opp., in quo vetustissimum Jovis templum erat.

Assyria, Asiae Maj. regio montuosa, Tigridi versus orientem, quae Armeniam, Niphatem montem, Mediam, Babyloniam et Mesopotamiam fines habet. Nomen invenit ab Assure, Noachi nepote. H. *Kurdistan, Kjurdistan*; incolae Assyrii; adj. Assyrius.

Assyrii, Leucosyri, Syri, Asiae Min. in Cappadocia Pontica populus, inter quem et Paphlagŏnes Halys in Pontum Euxinum evolvitur.

Asta, Asta Colonia, Asta Pompeja, Astensis Civitas, urbs Statiellorum in Gallia Cisalpina ad Urbis et Tanari confluentes; h. *Asti*; incolae Astenses, adj. Astensis.

Asta, Asta Regia, urbs Hispaniae Baet. et colonia, sita inter aestuaria Baetis. H. VIII M. P. a flumine abest, quoniam ostium ejus meridionale limo obductum est. Urbs fuit clara et Turdetani conventus ibi habuerunt. H. putatur *la Mesa de Asta s. Salucar*; plerisque est *Xeres de Frontera*; adj. Astensis.

Astabŏras, Astaborras, Astabores, Aethiopiae supra Aegyptum fluv., qui in Nubis ortus ab orientali latere insulae Meroës in Nilum effunditur, h. aliis *Moreb vel Moroy*, aliis *Takazze, Atbara.*

Astăcus, Astacum, urbs Asiae in Bithynia ad sinum Astacenum. A Lysimacho eversa est, qui incolas ejus Nicomediam vicinam abduxit.

Astăcus, urbs Graeciae in Acarnania prope Acheloi ostium.

Astacēnus Sinus, in Bithynia, qui prius Olbianus, postea Nicomedicus dictus est; h. *Golfo di Comidia od. Ismit.*

Astāpe, Astapes, Astapus, Aethiopiae supra Aegyptum fluvius, qui e Coloë lacu ortus in occidentali parte Meroës insulae Nilo miscetur; h. *Bahr-el-Azac (Abawi).*

Asteria, Asteris, ins. Jonii Maris inter Cephaleniam et Ithacam; h. *Didascalia.*

Asteria v. Delus et Rhodus.

Asterius, Aegaei Maris insula ad Joniae oram contra Maeandri ostium. Ibi Persae a Graecis classe victi sunt eodem die, quo apud Plaetaeas.

Astĭgi, Astigis, Astigitana Colonia, Colonia Augusta Firma, Colonia Ast. Augusta, opp. Hispaniae Baeticae ad Singilim fluvium; h. *Ecija*; adj. Astigitanus.

Astraeus, Macedoniae fluvius, qui partim Lydiam lacum permanat atque in Axium effunditur, partim in Thermaicum Sinum egreditur; h. *Vistrizza.*

Astrixa v. Asperos.

Astu, Asty (n, indecl.), i, e. Athenae, urbs propria sine domibus ad portum Pyraeum; adj. Astycus.

Astuia, Bobenhusa, *Babenhausen, Bobenhausen im Oberrh. Kr.*

Astŭra, insula Latii prope Antium ad ostium fluvii cognominis, ubi Ciceroni erat villa, quam itidem Asturam vocant; h. *Astora.*

Astŭra, Stura, Storas, fluvius Volscorum in Latio in Agro Laurenti, ad quem Cicero occisus est; h. *Stora.*

Astŭra, Asturica, fluv. Hispaniae Terrac. in Asturibus, qui Asturicam Augustam alluit; h. *Tuerto.*

Astŭres, Hispaniae Terrac. populi, qui inter Cantabros, Oceanum Cantabricum, Lucenses, Callaicos et Vaccaeos sedebant. Gens erat fortissima, et XII populis constabat, quum Romani dividebant in Astures Augustanos (ubi h. *Leon*) et Astures Transmontanos (h. *Oviedo*).

Asturia, Asturica sc. Regio, Astŭrum Regio, in Hispania Tarrac. A veteribus montibus silvisque horrida, auri ferax, equis nobilis describitur; h. *Asturien*; adj. Asturicus et Astyrias, subst. et adj. Astur.

Astŭrica Augusta, Asturica, Asturgia, olim Rena, urbs Asturum in Hispania Tarrac. ad Asturam fluvium; h. *Astorga*; adj. Asturicensis.

Asturum Lucus v. Lucus Asturum.

Astypalaea, Aegaei Maris insula. Cum reliquis Sporadibus inter Co, Rhodum et Cretam sita erat. Dicta eadem est Pyrrha, Pylaea. Nomen Astypalaeae traxit ab Astypalaea, Ancaei matre. Circuitu habebat LXXXVIII M. P. et urbem cognominem. Olim Cares tenuerunt. Incolae Achillem sanctissime coluerunt. Tanta ibi fuit leporum multitudo, ut incolae propterea oraculum consuluerint. H. *Stampalia*; adj. Astypalaeensis, rectius quam Astypalensis, Astypalaeicus et Astypaleius (poet.).

Astypalaea, promont. Atticae prope Suhium cum urbe cognomine.

Astyra, Astyre, urbs Aeg in Mysia Maj. prope Adramyttiu Vicinus erat nemus, Dianae Ast renae sacratus.

Asyphus, mons Lybici Nom inter Catabathmum et Ammonei in Marmaricae finibus; h. *L Rabbia.*

Atabyrius, Atabȳris, mo altus Rhodi insulae, in quo spl didum Jovis Atabyrii templ erat.

Atacini, pop. Galliae Narb nensis ab Atace fluvio denomin tus; ubi h. *Narbonne.*

Atacinorum Civitas s. C lonia v. Narbo.

Atagis, Isacus, Itarg Hisarcus, Eisacus, Eysacu Rhaetiae fluvius, in finibus Nor ci ex Alpibus delapsus supra Ba xanum Athesi jungitur; h. *Eise*

Atalanta, Atalante, Eubo ci Maris ins. ad Locrorum Opunti rum oram; h. *Thalandonisi* Tutendi.

Atandrus v. Antandrus.

Atarnea, Atarneus, ur Asiae in Aeolide; h. *Dikelik*; inc la Atarnides, ae.

Atax, Adax, ăcis, Atăgu Galliae Narbon. fluvius. Oritur montibus *de Sault*, qui ad Pyr naeos pertinent, Carcasonem pe fluit atque in Lacum Rubrense emanat; h. *Aude.*

Atella, Atela, Oscorum Campania inter Neapolim et Cap am municipium et colonia, un ludi Atellani et Atellana Fabel Fuit enim in illo amphitheatr egregium; h. *Aversa*; cives Atell ni; adj. Atellanius Atellanus, Atellanicus.

Ater Mons, Africae in meri die Marmaricae et Syrticae Regio uis jugum montium.

Aternum, Italiae Propr. opp in Maruccinis ad Aterni ostium cum portu; h. *Pescara*; adj. Ater nensis.

Aternum, urbs Italiae Infer in Lucania.

Aternus, Piscarius, Pisca ria, Italiae in Samnio fluvius Oritur in Apenninis, Vestinos Maruccinis separat, et juxta Ate

...ur in Mare Superum effluit; h. ...ura.

Atesia v. Athesis.

Atesinus fl. v. Juvavus.

Ateste, Ateste Colonia, ...rbs Galliae Transp. in Venetis, ...ter Athesin et Medoacum fluvios; ...n. Este; adj. Atestinus.

Atha, Athum, *Ath in d. Nieuwenden.*

Athamānes, Epiri pop. ad Achelōum fl., Aetoliae vicinus.

Athamānia, regio Epiri Monti...is in septentrione; adj. Athamanus et Athamanis f.

Athōnas, antis, mons Thessaliae.

Athanagia, (Athanasia, Aeterna Urbs), Ilergetum in Hispania Tarrac. urbs primaria, a Scipione expugnata.

Athēnae, Atticae in Graecia caput. Antiquum nomen fuit Cecropia, quo nomine post sola arx vocata est. Nomen Athenae plerumque a Minerva (Ἀθήνη) derivant, cujus certamen cum Neptuno de hac urbe celebratur. Tenuerunt eam olim Pelasgi, post Cecropidae. Athenienses secernunt quidam ab Atticis. Satis inclaruit theatris, Jove, Minervae templis, tribus gymnasiis, atque eo, quod inde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges, aliaque bona per terrarum orbem distributa putantur. Vita tulit celeberrimos, Euripidem, Phidiam, Sophoclem, Solonem, Platonem, Xenophontem, Demosthenem multosque alios. In numis plerumque Minervae caput appositum est, vel noctua Minervae sacra atque ibi frequens. Subjecta Macedonum imperio varias deinceps fortunae vicissitudines experta est. Romanorum ditioni adjecit Sulla graviter vexatam, sed Strabonis aetate libera fuit. Hodie a paucis vocatur *Setines*, a plerisque *Athiniah* vel *Atini*. Magnitudine et frequentia satis adhuc conspicuam esse tradunt; hoc non templum Jovis Olympii et Minervae et alia quaedam restant. Civis Atheniensis, sive Athenaeus, Cecropida et Cecropis f. poet.; adj. Cecropius (poet.).

Athēnae Diades, urbs insulae Rhodiae.

Athēnae, urbs Asiae in Colchide maritima non longe a Trapezunte cum Minervae templo.

Athenaeon, Sugdaja, Chersonesi Tauricae opp. in Scythotauris, portu instructum; h. *Sudak.*

Athenaeum, Epiri in Athamania castrum.

Athenaeum, Poeoneon, castellum Thessaliae in Hestiaeotide.

Bojodurum, Bojorum Trajectum, Boj. Castrum, Civitas Boiodurum, urbs Norici Ripensis ad Oenum et Danubii confluentes, a Bavaris Castris Aeno disjuncta; h. *Innstadt b. Passau.*

Bojorum Ager, Burbonensis Regio, Borbonensis Provincia, *chem. Prov. le Bourbonois, Dépt. d. Dep. Allier.*

Bojus Ager, Longobardia, Lombardia, *d. Lombardei in Oberitalien.*

Bojum, Graeciae opp. in Doride vetere s. Doriensium regione; h. *Muteco.*

Bola, Bolae, Bolanorum Oppidum, Volae, Aequorum urbs in Latio; h. *Vela*; cives Bolani, Volani; adj. Bolanus, Volanus.

Bolagasus v. Volgesia.

Bolbitēne, urbs Aegypti in Delta ad Bolbitinum Ostium, quod ab ea nomen traxit; h. *Rosette od. Raschid.*

Bolbitinum s. Bolbiticum Ostium, Bolbiticus sc. alveus, secundum Nili ostium in Delta inter Canopicum et Sebennyticum Ostium.

Bolerium v. Belerium.

Boleum, Bolaeum, Bovillum, *Boglio, Bouil in Piem*; adj. Boleanus, Boliensis.

Bolonia v. Bononia.

Bolzanum v. Bauxanum.

Bomium, urbs Britanniae Rom. in Ordovicibus.

Bonae Fortunae Insula, Indiae extra Gangem ins. in Sinu Gangetico; h. fort. *Gross-Andaman.*

Bondicomum v. Bodincomagus.

Bonna, Castra Bonnesia, Arx Ubiorum, Bonna ad Rhenum, Galliae Belgicae castellum; h. *Bonn.*

Bononia, Bononiense Oppidum, Bononia in Francia, Bononia cogn. Oceani, Morinorum Portus Britannicus, Bolonia; h. *Boulogne*; v. etiam *Gesoriacum.*

Bononia, Bononiensis Colonia, Bononia Pinguis, urbs Bojorum in Gallia Cispad. Colonia eo deducta est a. V. DLXIII. Manlio Vulsone et Fulvio Nobiliore Css. Dicta etiam est Felsina, sec. Plinium. Quodsi eadem urbs est, a. V. DLVI. antiquum adhuc nomen habuit et Bononia intra ann. DLVI et DLXIII. nominata est, vel a Romanis vel a Gallis. Auxit eam Augustus sub belli Actiaci initium novis colonis. Sita erat non procul a Mutina. H. *Bologna*; adj. Bononiensis, e.

Bononiense Territorium, Bononiensis Ager, *d. Päpstl. Delegat. Bologna.*

Bononiensis Amnis v. Rhenus.

Borbetomăgus, Borbitomagus Borgetomagus, Brotomagus, Augusta Vangionum, Civitas Vangionum

Garmatia, Gormetia, Vangio, Vangionum Vormatia, Wormatia, opp. Vangionum in Gallia Belg., Rheno adjacens; h. *Worms.*

Borbonium Anselmium v. Gergovia Boj.

Borbonium Arcimbaldi v. Aquae Bormonis.

Boreale, Arctoum, Septemtrionale Mare, Septemtrionalis Oceanus, *das Nordmeer, d. Nordocean.*

Boreas, Boreon, mons Peloponnesi in Arcadia, in quo Eurotae fontes habet.

Borēon s. Borion Promontorium, in Cyrenaica inter Briorum Littus et Syrtim Magnam; h. *Cabo di Teiones.*

Borēum Promontorium, in Hibernia; h. *Nord-Cap.*

Boringia s. Boringis, Maris Baltici insula cum urbe cognomine; h. *Bornholm.*

Bormianae Thermae, in Valle Tellina prope Bormium; d. *Wormser Bad.*

Bormium, *Bormi, Worms, im Lomb. Venet. K.*; adj. Bormiensis.

Borsippa, Borsippenorum Urbs, Borsippus, Barsita, Byrsia, urbs Asiae Maj. in Babylonia ad Euphratem; h. *Semavat.*

Borussia, Prussia, *d. K. Preussen;* Borussi, Prussi *d. Einw.* Borussicus u. Prussicus adj.

Borysthĕnes, serius Danapris, Sarmatiae Europaeae fluv., qui in Neuris ortus et cum Hypani conjunctus lacum (h. *Liman*) ingreditur atque in Pontum Euxinum effunditur. H. nota sunt ejus ostia prope *Oczakow;* n. *Dniper* vocatur; adj. Borysthenius (poet.).

Borysthenĭdae, Borysthenītae, Olbiopolitae, populus Sarmatiae Europ. ad Borysthenis ostia habitans.

Borythĕnis, idis, urbs Sarmatiae Europ., ubi Borysthenis Hypanis admiscetur, propius tamen ad Hypanim jacebat. A Milesiis condita fertur, unde Miletopolis dicta est. Nomen Olbia antiquius faciunt. H. quaerunt, ubi urbes *Oczakow* et *Kinburn* conspiciuntur et quidam eam *Kudak* appellant.

Bosnia, Bosna, Bosina *Türk. Prov. Bosnien;* Bosni, d. *B*

Bostra, orum, Bostra, Colonia Postra, in S. L. zra, Bazra, Bosor, opp. biae Petraeae, olim Edomit metropolis; h. *Bosra, Bosseret, seret;* adj. Bostrēnus, Bostraeus.

Bosporani, Bospori Cim accolae, qui partim erant B Asiatici, quorum caput erat nagoria; partim Bospor. Eur cum urbe primaria Panticapae

Bospŏrus, urbs Chersonesi rioae ad oram Bospori Cimm

Bospŏrus, Bosporus merius, Fretum Bospora in Sarmatia Europaea fretum Chersonesum Tauricam et Sind quo Palus Maeotis Ponto E jungitur; h. *Il Stretto di Meerenge v. Caffa od. Feodosia*

Bospŏrus Thracius s. porus Mysius, fretum Asiam Minorem et Thraciam, Propontidem et Pontum Eux committit; h. *Il Stretto di Co tinopoli.*

Botrys, Botrus, urbs in Phoenice, Ab Ithobulo, rum rege, condita fertur et tur h. esse *Patrone od. Batro*

Bovianum, Bobianum, janum, urbs Italiae in Samn Pentris ad Apenninorum radi prope fontes Tiferni; h. *B* adj. Bovianius.

Boviasmum v. Bojobinum.

Bovillae, Bobellae, urbs tii ad viam Appiam, prope A num Lacum; ad quam Milo interfe Clodium; h. *Marino;* adj. Bovill

Bovillae, opp. Latii non cul ab Arpino; h. *Bauco;* adj. villanus.

Braboniăcum, *Brougham England.*

Bracara, Augusta Braca Augusta Bracarum, Brac augusta, Colonia Brac Augusta, Brachara, Brac ra, urbs Hispaniae Tarrac. in laicis Bracariis s. Bracaribus; *Praga in Portugal.*

Brachmanae, Brachman um, Brachmani (Magi), Indiae intra Gangem in Em montibus.

Bradānus, Italiae Infer. fluvius. Oritur in Apenninis, Lucaniam a Calabria divit atque inter Genusium et Metapontum in Sinum Tarentinum infertur; h. *Bradano*.

Bragantia, Brigantia, *Bra-nza in Port.*; adj. Brigantinus.

Bragodunum, Bibracum, Biberacum, urbs Vindeliciae; h. *Biberach*; aliis *Pfullendorf*.

Bragodunum, Bragodurum, Rhaetiae castrum; h. nonnullis *Alt-tim*.

Brajum v. Bibrax.

Brammenium, Bremenium, Attadinorum in Britannia Rom. opp.; h. *Bramton*.

Branesia, Brannesia, Urbs Vetus, Urbs Vetus Holsatiae, *Oldenburg in Holstein*.

Brangonia, Branogenium, Branonium, Vigornia, urbs Cornaviorum in Britannia Rom. ad Sabrinam fluv.; h. *Worchester*; adj. Vigorniensis.

Brannodunum, urbs Icenorum in Britannia Rom. prope Metaris Aestuarium; h. *Brancastre*.

Brasia, Brasiae, urbs Peloponnesi in Eleutherolaconibus; h. Sibusdam *Rheontes*.

Brassovia, Corona, Stephanopolis, *Brassow od. Cronstadt in Siebenb.*

Bratuspantium, Bellovacorum in Gallia Belg. opp.; h. fort. vicus *Ers*.

Brauron, rarius Brauronia, urbs Graeciae in Attica. Nomen ... a Braurone heroe; alii Σῆμον ... vocant, alii in XII urbibus ... numerant. Situm statuunt in ... Sunium et Marathonem. Inclaruit simulacro Dianae, quod a Tauris fugiens Iphigenia ibi reposuit, ... Pausania, idemque refert, post Xerxe id fuisse avectum. H. *Ura-na*. *Uranna*.

Braviacum v. Bibrax.

Bravum, Burgi, Murbogorum in Hispania Tarrac. opp.; h. *Burgos*.

Brececha v. Brisacum.

Brecislaburgum v. Posonium.

Brega, Briga, Altae Ripae, ... *a. d. Oder. in Schles.*

Bregenses Thermae, *Brieg ... d. Schweiz m. warm. Quellen.*

Bregentium v. Brigantium.

Bregetio, Braegetium, Bregitio, Bergentio, urbs Araviscorum in Pannonia Infer. ad Danubium e regione Celemantiae; h. nonnullis vicus *Szöny b. Comorn*.

Bremenium v. Brammenium.

Bremetonācum, Bremeturācum, urbs Brigantum in Britannia Rom.

Brenda v. Brundusium.

Brenni v. Breuni.

Brennoburgum, Brandeburgium, Brandeburgum, *Stadt u. Land Brandenb.*

Brennus Mons, Rhaeticus sc. Mons, Alpes Pyrenaeae, Mons Pyriceus, Rhaetiae montes in Breunis s. Brencis; h. d. *Brenner in Tyrol*.

Brenta v. Brivenes.

Brentesia v. Medoacus Major.

Breones s. Briones v. Breuni.

Brestia, Brestum, *Brest im nördl. Frankr.*

Breuci, Pannoniae Infer. pop. Savum accolens.

Breucomăgum, Brocomagus, opp. Triboccorum in Gallia Belg. non longe ab Argentina; h. *Brumat*, *Brumpt*.

Breuni, Brenci, Brenni, Breones, Briones, pop. Rhaetiae prope Brennum Montem et Brennae Vallem; fere ubi h. *d. Thal Bregna*.

Breunia Vallis, *Thal Bollenza od. Bolenzer Thal in d. Schweiz*.

Breuthe, urbs Peloponnesi in Arcadia; h. *Karithene*.

Breviodurum, Audemari Pons, urbs Galliae Lugdun. in Lexoviis; h. *Pont-Audemer*.

Brexia, Brexiana Urbs, Brixia, Galliae Transp. colonia et municipium in Cenomannis; h. *Brescia*; incolae Brixiani Galli; adj. Brixianus et Brixiensis.

Brexillum, Brexillus v. Brixillum.

Bridobŏrum, Brivodūrum, Bribodurum, Briaria, urbs Senonum in Gallia Lugdun. ad Ligerim; h. *Briare*.

Brigaecium, Brigaecum, Brigecum, urbs Brigaecinorum in Hispania Tarrac., h. fort. *Benavente*.

Brigantes, pop. Britanniae Rom. maximus, inde ab Itunae Aestuario usque ad Abi Aestuarium sedens.

Brigantes, Hiberniae pop., ubi h. *Prov. Leinster.*

Brigantinus Lacus v. Lac. Brigantinus.

Brigantium, Brigantia, Bregentium, Bregentia, urbs Vindelīciae ad orientalem Brigantini Lacus ripam et Brigantiae in hunc lacum ostium; h. *Bregenz*; cives Brigantii; adj. Brigantinus.

Brigantia v. Bragantia.

Brigantii, Brixantii, pop. Vindeliciae, ad orientalem Brigantini Lacus ripam habitans.

Brigantium, sc. in Alpibus, Brigantia, Virgantia, urbs Caturigum in Gallia Narbon. ad Cottiarum Alpium radices; *Briançon*; adj. Brigantinus.

Brigantium, Flavium Brigantium, Brigantinus Portus, Coronium, Artabrorum vel Lucensium in Hispania Terrac. opp. maritimum; h. *Corunna.*

Brigecum v. Brigaecum.

Brisācum, Brisiācum, Brisacus Mons, Brecechа, *Breisach, Alt-Breisach in Baden.*; adj. Brisiacēnsis.

Brisgoia, Brisgovia, Brisgavia, Brisigavia, *das Breisgau zu Bad. gehörig*; Brisigavi *d. Einw.*; adj. Brisgoviensis.

Britanni, Brittōnes, Britones, Bretani, Brettani, incolae Britanniae insulae s. Britanniae Magnae; h. *Engländer u. Schottländer.*

Britannia, in monumentis etiam Brittania, Britannia Magna, insula Oceani Septentrionālis, omnium, quae Europae adjacent, maxima. Nominis causa incerta est. Quidam a Britōne, rege Britanniae, dictam volunt, cum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam navigantibus primum conspicerentur. Alii nomen deducunt a *Brit* i. e. coloratum, et tania i. e. regio, quasi pictorum fucatorumque hominum regio. Caesar interiorem partem ab iis incoli dicit, quos in ipsa insula natos memoriae proditum sit; maritimam ab iis, qui praedae causa ex Belgis transierint. Ita Britannos et Gallos ejusdem originis esse putant. Terra ante Caesarem incognita fuit; insulam tamen esse cogn Phoenices eam adiisse ob st commercium nonnulli existim Quod post I. Caesarem ab Aug tentatum fuit; Claudius vere pe eit, Britanniae gentes domuit, ges cepit, partem ejus subegit que in provinciae formam red h. *England u. Schottland od. Gr britannien.*

Britannia Barbara, Cale nia, pars borealis Albionis insu h, fere *Schottland*; adj. Caledoni

Britannia Minor v. Are rica.

Britannia Romana, Brita nia Propria, Britannia M jor, a Romanis subacta, vallis a nimentisque a Barbara disju Britannia; maximam partem *England.*

Britannia Secunda s. A stralis Cambria, Camb Britannia, Vallia; h. *d. Fü Wallis.*

Britannodunum, Castr Britonum, *Dumbriton od. Dumb ton in Schottland.*

Brittones, Britones v. B tanni.

Briūla, Priulla, urbs As Min. in Lydia; cives Briulitae.

Brivaīsarae, Oesiae s. Oe ensis Pons, Pontisara, *Pont in Frankr.*

Brivātes, Brivas, Gesob vate, Osismiorum in Gallia Cel ca portus; h. nonnullis *Brivas Bretagne.*

Brivenes, is, Brenta, *Br im Würtemb.*

Brivodurum v. Bridoborum

Brixantae, Brixentes, Rha tiae pop. prope Atagin fluv. ci Brexiam.

Brixantii v. Brigantii.

Brixellum, Brexillum, Br xillus, Anamanorum vel Bojor opp. in Gallia Cispad. ad Padu h. *Bersello, Bresello.*

Brixia, Brixiana Urbs Brexia.

Brixia, Brixina, Brixinu *Brixen in Tirol*; adj. Brixiensis.

Brotomagus v. Borbetomag

Bructēri, pop. potens et Germaniae in utraque Amisiae habitans; fere ubi h. *Münster*

Brunbrück. Erant vel Majores, inter Visurgim et Amisiam, vel Minores, inter Amisiam et Isalam.

Bructĕrus Mons v. Melibocus.

Bruga, Pons Arulae, *Brugg. d. Brück in d. Schweiz.*

Brugae, *Brügge, Bruges in d. Niederlanden*; adj. Brugensis.

Brundisia, Brundusia, *Brundrut, od. Porentruy in der Schweiz.*

Brundusium, Brundisium, Brundisina Colonia, poet. Brenda, Italiae Infer. in Calabria urbs maritima. Nomen derivant vel a Brento, Herculis filio, vel a forma capitis cervini (*βέντιον* Messapiis est caput cervinum), quam portus referat. A Cretensibus duce Theseo occupatam, quibus post ann lapyge Siculi accesserint, narrat Strabo. Contra Justinus Aetolo, Diomede duce, conditores prodidit. Portus habuit commodos, pro aditu clausos. Trajectus inde erat in Graeciam, longior quidem, quam ab Hydrunte, at certior. Coloniam Romanorum Torquato et Sempronio Coss. a. V. c. IIIX deductam volunt. Ibi Virgilius diem obiit. Portus hodie obductus est. *Brindisi*; cives Brundisini; adj. Brundusinus, Brundisinus et Brundisianus.

Bruttii, populus extremam Graeciae Magnae paeninsulam, inter Siciliam et Sinum Tarentinum, incolens, quem Romani in Cismontanos Bruttios versus occidentem Apenninorum; et Transmontanos in oriente Apenninorum, dividebant.

Bruttium Prom. v. Leucopetra Prom.

Bruttius Ager, Bruttiorum Regio, Bruttium, Brutia, Italiae Infer. regio, maribus et Lao Silvarique fluviis terminata; h. *Calabria Citra et Ultra*; adj. Bruttianus et Bruttius.

Bruxellae, Bruxella, Bruxelae, *Brüssel, Bruxelles in den Niederl.*; adj. Bruxellensis.

Bubalia, Budalia, Vedulia, opp. Pannoniae Infer. ad Savum, Probi Imper. natalibus clarum.

Bubastis, is, Bubaste, Bubastus, urbs Aegypti Infer. in Bubastite Nomo prope Nili alveum, qui a Pelusio in austrum tendit, templo Dianae Bubastis nobilis. H. *Basta*; alii *Benadhaisar*.

Bubienum v. Bojobinum.

Buca, opp. Italiae Infer. in Frentanis; h. *Termoli*, aliis *Marxano*.

Bucephăla, Bucephalus, urbs Indiae intra Gangem ad Hydaspem in Pori regno, ab Alexandro in memoriam equi, in praelio contra Porum interfecti, condita; h. aliis *Lahor*, aliis *Multan*.

Bucephalea v. Beucinum.

Bucephălos, Bucephala, Bucephalum Promontorium, Peloponnesi in Argolide prom.

Buces, Buges, Sarmatiae Europ. fluvius, qui Maeotida Paludem ingreditur; h. *Gniolé-more*.

Buchonia v. Bacenis Silva.

Buda, Sicambria, *Ofen, in Ungarn*.

Buda Vetus v. Acincum.

Budissa, Budissina, *Budissin, Bautzen in der Lausitz*; adj. Budissinensis.

Budorgis, Budorĭgum, urbs Lygiorum in Germania; h. *Lascowitz*.

Budŏris, Germaniae in Tenchteris opp. ad Rhenum; h. vicus *Pertz*.

Budruntum, Butuntum v. Bidruntum.

Buges fl. v. Buces.

Bulgares, Bulgari, pop. Moesiae Infer. a Scythis ortus.

Bulgaria, Vulgaria, *d. Bulgarei, Bulgarien; Prov. in d. Europ. Türkei*; conf. Moesia Infer.; adj. Bulgaricus.

Bulis, idis, urbs Graeciae in Phocide ad Sinum Corinthiacum sita, ubi templa erant Bacchi et Dianae; incolae Bulenses.

Bulla, Bulla Regia, Bullaria, urbs Africae in Numidia Massylorum; h. fort. *Bejie*; incolae Bullenses.

Bullaeum, opp. Silurum in Britannia Rom.; h. *Bualt*.

Bulliones, Bylliones, Bullini, populus in ora Illyridis Graecae circa Bullidem sedens.

Bullis, is, Bullis, idis, Byllis, Bullidensis Colonia, urbs Illyrici maritima ad Aoum fl.; cives Bul-

Menses, Bullidenses et Byllidenses; adj. Bullinus.

Bullonium, Bullionium, Bullio, *Bouillon im Luxemb.*; adj. Bullonienſis.

Bumadus, Bumellus, Bümēlus, Assyriae fluv. in Armenia Majore ortus, qui Lyco jungitur; h. *Hasir.*

Bura, Buris, is, vicus Achajae una cum Helice terrae motu eversus, sed instauratus templisque Aphrodites et Iridis ornatus est.

Burbo Arcimbaldi v. Aquae Bormonis.

Burbonium Ancelli s. Anselii v. Gergovia.

Burchania, Burchāna, Burchanis, Fabaria, insula Germaniae Infer. ad ostium Amisii, quam Drusus expugnavit; h. *Borkum.*

Burdegāla, Burdigala, Civitas Biturigum Vibiscorum, urbs Galliae Aquit. in Biturigibus Vibiscis ad Garumnam, commerciis idonea atque opulenta, nec non generoso vino abundans et litterarum studiis florens. H. *Bordeaux*; incolae Burdegalenses; adj. Burdegalenſis, Burdigalensis et Burdegalus.

, Burgundia, *Burgogne od. Burgund, gr. Landsch. in Frankr.*; adj. Burgundicus.

Burgundiōnes, Burgundi, pop. Germaniae septentrionalis ad utramque Viadri ripam habitans, Vindelorum pars, qui Galliam invasit, ejusque orientalem partem occupavit.

Burrhonium v. Blabira.

Busiris, is, Isea, Isopolis, Isidis Oppidum, Aegypti Infer. in Delta opp. In eo Busiris rex, hospites suos immolans et ab Hercule interfectus, sedem habuit, templo magnifico ornatum fuit, atque a Diocletiano deletum est. H. *Abusir, Busir Bana.* Praeterea urbes quatuor cognomines in Aegypto fuerunt; adj. Busiriticus.

Buthrōtum, Buthrotus, urbs Epiri in Thesprotia. Nomen a conditore datum, vel ab Heleno, quod ibi bos in sacrificio percussus, cum aufugisset, cecidit et periit. Sita fuit in loco paeninsulae simili. Postero tempore facta est colonia Romanorum. Erat ibi Hectoris monumentum. H. *Butrinto*; civ. Buthrotii.

Butrium Umbrorum, urb. maritima Galliae Cispad. supra Ravennam; h. *Butrio.*

Butus; Butos, Buto, urb. primaria Nomi Phtheniotae in Aegypto Infer. ad Lacum Buticum cum Apollinis, Dianae et Latonae templis, quae ibi oraculum habuit celebre; h. *Kom - Kasir*, alii *El - Bueib.*

Buxentum, Graecis Pyxus, untis, urbs Italiae Infer. in Lucania ad Etruscum Mare. Nomen accepisse tradunt a buxo arbore quae copiosa ibi proveniebat. Colloniam eo deduxerat Micythus Messanae in Sicilia princeps, olymp. LXXVII, 2. Post Romanorum colonia fuit a V. c. DLVIII. Prope Veliam ponit Ptolemaeus, inter Palinurum Strabo. H. putatur *Policastro*, ubi veteris urbis vestigia videntur.

Buxonium, Buxovium v. Beucinum.

Byblos, Byblus, quod nomen posteriores Biblus scribunt, in S. L. Gebal. Antiquissima fuit Phoenicum urbs, adeoque a Saturno condita esse putabatur, inter Sidona et Theuprosopon in loco edito prope mare sita atque olim Cinyrae regia. Inclaruit Adonidis atque Astartes cultu. In hodierno nomine variant; Franci eam *Gibele*, incolae *Esbele* vocant. Cives Byblii.

Bycus v. Hypanis.

Bylliones v. Bullliones.

Byllis v. Bullis.

Byrsa, Byrza, Botra, arx Carthaginis.

Bythonia Inferior v. Bithynia.

Bythonia Superior v. Bithynia Sup.

Byzacium, Byzacena Provincia, pars Africae Propriae, Syrti Minore, Zeugitana, Numidia et Libya Palude terminata. Erat feracissima, ita ut agri centuplices ferrent fructus. H. pars borealis terrae *Tunis*; incolae Byzacii et Byzaceni; adj. Byzacenus et Byzacius.

Byzacia, Byzacina, urbs Byzacii interioris prope Uzeciam, quae regioni nomen dedit; h. fort. *Beghni*; adj. Byzaciensis.

Byzantium, urbs Thraciae ad Bosporum, antea Lygos dicta, post Byzantium a Byza conditore. Conditores praeterea fuerunt Athenienses, Megarenses, Milesii, Spartani, qui sine dubio diversis temporibus colonos eo miserunt. Sub Severo et Antonino dicta est Antonia, sub Constantino Magno Anthusa, sed deinde Constantinopolis nomine inclaruit, ita ut Nova Roma diceretur. De situ, natura, commoditate plura habet Polybius. H. ab Arabibus *Constanthinah*, a Turcis *Istambol*, a Graecis πόλις, alias vulgo *Constantinopel* vocatur. Civis Byzantinus et Constantinopolites; adj. Byzantinus, Byzantius, Bizantiacus (poet.) et Constantinopolitanus.

Byzantius Ager i. q. Romania, *Rumelien*.

Byzia v. Bizya.

Byzia, fluv. Thraciae prope urbem cognominem.

C.

Cabalăca, Chabăla, Asiae in Albania opp. ad Caucasi radices et Caspio Mari propinquum; h. *Cablavar*.

Cabaliacensis Ducatus, Caballicus s. Cabellicus Ager, *Herz. Chablais in Savoyen*.

Caballinum, Cabillonum, Caballodunum, Cabellio, Cabillio, Cabyllinum, opp. Aeduorum in Gallia Lugdun. ad Ararim, ubi rei frumentariae commerciique causa saepe Romani negotiabantur; nec non Impp. Rom. naves in eo flumine habebant; incolae Cabillones; adj. Cabillonensis; *Chalon sur Saone*, ubi amphitheatri Romani rudera conspiciuntur.

Caballio, Cabellio, Civitas Cabellicorum, urbs Cavarum in Gallia Narbon. ad Druentiam fl.; h. *Cavaillon*.

Cabar-Susis, urbs Africae Propr. in Byzacio; h. fort. *Susa*.

Cabīra, orum, urbs Africae Min. in Ponto Cappad., ad Halyn fluv. in Armeniae Min. finibus. Mithridatis erat regia, qui apud eam a Lucullo victus est. Eadem primas aquarias molas habuit. Hanc urbem amplificavit Pompejus atque Diopolin vocavit; succedente tempore eam Pythodoris, Ponti regina, magis ornavit et Sebaste Armeniae, sc. Minoris, dici coepta est; h. *Sivas*.

Cabīrus, mons Phrygiae Epicteti, Idae ramus, ut videtur, cujus accolae Cabiri appellantur.

Cabyle v. Calybe.

Cabyllinum v. Caballinum.

Cacus v. Caunus.

Cacўrum, urbs Siciliae, non multum a Syracusis distans; h. *Cassaro*; cives Cacyrini.

Cadi, opp. Phrygiae Epicteti in Lydiae et Mysiae finibus; h. fort. *Kedous*; incolae Cadueni.

Cadmēa sc. Arx, Thebarum in Boeotia arx urbi vicina et heroum Thebanorum sepulturae locus; adj. Cadmēius, Cadmēus, Cadmeis, idis, poet.

Cadmus, mons Phrygiae Majoris in Cariae finibus, in quo Lycus fontes habet.

Cadōmum, Cadomus, Cadetum; *Caën im westl. Frankr.*

Cadurci, cognom. Eleutheri, pars Cadurcorum in Gallia Aquit., quorum urbs princeps Albiga fuit.

Cadurci, pop. Galliae Aquit. in utraque Oldi flum. ripa, cum metropoli Divona.

Cadurcorum Regio, Cadurca Terra, Cadurcensis Ager s. Tractus; *d. chem. Prov. Quercy*, h. *Dep. Lot*.

Cadurcum v. Divona.

Caecilia Castra v. Castra Caecilia.

Caecina, Italiae in Etruria opp. inter Volsiniensem Lacum et Arnum fluvium.

Caecŭbum, Caecubus Ager, regio Latii Novi prope Fundos et Campaniae fines, inter Tarracinam et Cajetam, vinetis generosissimi vini feracibus abundans, a Caecu-

bo, propinqua urbe, nominatus; h. prope *Gaëta*; adj. Caecubus.

Caelius, Caelius Mons, urbs Vindeliciae inter Guntiam et Campodunum; h. aliis *Kellmünz*, aliis *Türkheim*; adj. Caelimontanus.

Caene, Caenopolis v. Taenarium.

Caenina, Caeninensium Oppidum, Italiae Propr. in Sabinis urbs in monte posita; h. *St. Angelo*, al. *Monticelli*; incolae Caeninenses; adj. Caeninus.

Caenomāni, Cenomani, Cenomanni, Galliae Transpad. populus, Cenomanorum in Gallia Lugd. colonia, qui DC. a. C. n. an. circa Sebinum Lacum, Cremonam et Mantuam consederunt.

Caepiana v. Cepiana.

Caepionis Monumentum s. Turris (πύργος sec. Strabonem), insula Hispan. Caet. in sinistra Caetis ripa, ubi in mare exit. Hic est ille Q. Servil. Caepio, qui de Lusitanis, Viriatho duce, rebellantibus, triumphavit atque illud monumentum ad inhibendam Lusitanorum piraticam exstruxisse videtur. H. ibi urbs est *Chipiona*.

Caere, n. indecl., et Caeres, ĭtis et ētis, f. Caeritum Municipium, Italiae in Etruria urbs splendida, Mecentii regia, prope quam balnea erant nobilia, dicta Caeretana s. Caeretanae Aquae. Haec quondam a Pelasgis condita atque Agylla nominata est, et post ab Etruscis, eam incolentibus, Caere. Eadem etiam Sacrarium Populi Romani vocata est, quod res divinae Romanorum ibi asservabantur. Quoniam ejus incolae jure civitatis quidem ornati erant, suffragii vero jure in comitiis carebant, in tabulas Caerites referri dicebantur, quos Censores notae causa suffragiis privabant. Hinc factum est, ut, cum aliquem ignominia dignum significare vellent, Caerite cera eum dignum esse dicerent. H. *Cervetere od. Cervetro*; incolae Caerētes et Cerītes; adj. Caeres, ētis, et Ceretanus.

Caeretanus, Caeretanus s. Caeritis Amnis, Etruriae fluvius, qui Caere oppidum alluit; h. *Eri*.

Caesaraugusta, Caesarea Augusta, Colonia Caesarea Augusta, prius Salduba, urbs Hispaniae Tarrac. in Edetanis ad Iberum fl. posita. Ante Augusti tempora ignobilis fuisse videtur, clarior postea facta est colonia eo deducta. H. *Saragossa*; adj. Caesaraugustanus.

Caesarēa, ins. ad oram Galliae Celticae in Mari Britannico; h. *Jersey*.

Caesarēa ad Argaeum v. Mazaca.

Caesarēa Armeniae v. Neocaesarea.

Caesarēa Cappadociae v. Mazaca.

Caesarēa, Colonia Caesarea, urbs Mauretaniae Caesariensis cum portu et insula ante portum, prius Iol dicta, sed a Juba, Ptolemaei patre, cujus erat regia, Caesarea vocata est in honorem Augusti, post a Claudio coloniae jure donata. In hodierno nomine discrepant; alii *Algier*, alii *Scr-ßl*, alii *Vacur* vocant.

Caesarea Lutra, Caesaro-Luthera, Caesaropolis, *Kaiserslautern*, *Lautern*.

Caesarēa, Caesarea Palaestinae, Caesarea Stratonis, Colonia Prima Flavia, Palaestinae in Judaea opp. cum portu idoneo non procul a Carmelo monte, antea Pyrgos s. Turris Stratonis dictum ab Herode M. amplificatum et bello aedificatum in honorem Augusti postea metropolis Palaestinae Primae et procuratoris sedes; nunc vicus *Caisar od. Kaisarieh*; incolae Caesarienses Coloni.

Caesarēa Panĕas, adis, Paneas, Caesarēa Philippi, urbs Palaestinae in Paneade ad radices Panii montis et Jordanis fontes. A Philippo, Herodis M. filio, in Tiberii honorem dicta est Caesarea ab Agrippa in honorem Neronis Neronias, ejusque ruinae h. vocantur *Caniás od. Calinas*; civis Caesariensis Philippolita.

Caesarēa Pisidiae v. Antiochia ad Pisidiam.

Caesarēa, urbs Syriae ad Euphratem.

Caesareopolis, *Kaisersmarkt od. Käsmark in Ungarn*.

Caesaris Burgum, Caesaroburgus, Caroburgum, Caroburgus, *Cherbourg im nordw. Frankr.*

Caesaris Insula, Caesaris Verda, Insula Rheni, *Kaiserswerth im Grossh. Niederrhein.*

Caesaris Tribunal s. Praetorium, Forum Tiberii, Tiberii Tribunal, urbs Helvetiae in Tigurino Pago; h. *Kaiserstuhl im Cant. Aargau.*

Caesaris Turris, Italiae Infer. in Apulia Peucetia prope Barium.

Caesarodūnum, Galliae Celt. in Turonibus opp. ad Ligerim, quod etiam postea Turonium, Turonium, Turoni, Metropolis, Civitas Turonum dictum est; h. *Tours*; adj. Turonensis, Turonicus.

Caesaromagus v. Bellovacum.

Caesaromăgus, Caromacus, urbs Trinobantum in Britannia Rom.; h. fort. *Chelmsford*, nonnullis *Curghstede.*

Caesaropolis v. Caesarea Lutra.

Caesarotium, Gisortium, *Gisors in Frankr.*

Caesēna, Caesaena, Curva Caesena, urbs Galliae Cispad. inter Sapim et Rubiconem fluvios, quam Senones condidisse feruntur; h. *Cesena*; cives Caesenātes; adj. Caesenatius.

Caesia Silva, Germaniae in Sicambris et Istaevonibus silva; h. *der Hesserwald b. Wesel.*

Caetobrix, icis, Cetobrīga, Cetobrica, Catobriga, Setubalia, urbs Hispaniae Lusit. maritima prope Vlisipponem; h. *Setubal od. St. Ubes, Yves.*

Caicus, Caicus Teuthranteus, Caycus, Mysiae Maj. fluvius. Fontes habet in Temno monte prope Teuthraniam urbem, Pergamum praeterlabitur atque inter Elaeam et Pitanen decurrit atque in Sinum Elaeaticum effunditur. H. aliis *Girmasti*, aliis *Mandragorai.*

Caino, Chinonium, *Chinon in Frankr.*

Caji Marii Ager, Campus Marii, Camaria, *Ins. Camargue b. d. Rhone.*

Cairus Magna, Cairum, Caira, *Cairo, Gross-Cairo, Kahira, Alcair, in Aegypten*; adj. Cairensis.

Cajēta, Aeēta, opp. Italiae in Campania cum portu, quod a Cajete, nutrice Aeneae ibi sepultae, nomen traxisse fertur.

Calăbri, pop. Italiae Infer. inter Sinum Tarentinum et Mare Adriaticum. Regio Calabria dicta etiam Japygia ab Japype, Daedali filio, et Messapia, a Graecorum duce, Messapo, qui Anthedone ex Boeotia huc devenit et nomen huic terrae imposuit. Calabrorum nomine dicti quoque sunt Salentini s. Sallentini. H. ubi *Terra di Otranto*; Incola Calăber, abri; adj. Calaber, bra, brum, Calaber, bris, bre, Calabricus et Calabrinus.

Calacta, Calacte, Cale Acte, urbs Siciliae maritima post Halaesam; h. *S. Marco od. Caeronia*; incolae Calactini.

Calagorris, Galliae Narbon. opp. in Volcis Tectosagibus ad Garumnam; h. *Carzeres.*

Calagūris, Calagorina, Calaguris Nascica, Calaguris Julia, urbs Vasconum in Hispania Tarrac. ad Iberum; Quintiliani patria. Eadem, a Pompejo Sertoriano bello obsessa, maxima fame vexabatur. H. *Calahorra*; cives Calaguritani cogn. Nascici; adj. Calaguritanus.

Calagūris Fibularia, Calagurris Fibularensis, Loharra, urbs Ilergetum in Hispania Tarrac., quae fortasse a fibularum opificio nomen adepta est; h. *Loharre*; cives Calaguritani et Calaguritani Fibularenses.

Calăma, Colonia Calamensis, opp. Africae in Numidia Massylorum in Mauretaniae Caesar. finibus; h. *Calama in Algier*, aliis *Caalat el Wad*; adj. Calamensis.

Calămos, Phoenices opp. inter Tripolin et Byblum; h. vilis vicus *Kalemon.*

Calaris v. Caralis.

Calăta, Calacia, urbs Calatinorum in Siciliae ora septentrionali; h. *Galati.*

Calāta, Calata Hieronis, urbs Siciliae; h. *Calatagirone.*

Calātha, ins. Maris Siculi prope Gaulum. Scribitur et Galata-

Terram ejus scorpiones necare narrant; h. *Galita.*

Calatia, Calatiae, Italiae in Campania opp. ad Vulturnum fluv.; h. *Cajazzo;* incolae Calatini; adj. Calatinus.

Calaurĭa, Calaurēa, Irēne, Hyperēia, Possidonia et Anthedonia, ins. Maris Aegaei ante Troezenen Peloponnesi. Nomen a Calauro, Neptuni filio, petunt. Circuitum ejus XXX. stadiorum faciunt. Sacra olim fuit Latonae vel Apollini; accepitque post pro Delo Neptunus, cujus templum ibi tam sanctum erat, ut ne missi quidem ab Antipatro milites Demosthenem inde extrahere conarentur. H. aliis *Sidra*, aliis *Poro od. Poros.*

Calcua v. Caleva.

Cale, Calle, Portus Cale, Portus Calensis, Hispaniae Tarrac. urbs in Bracaris ad Durii ostium, in cuius agro mite et generosum nascebatur vinum; fere ubi h. *Oporto*, *Porto in Portugal.*

Cale, es, Cales, is, Calēs, ium, Municipium Calenum, Calenum, urbs Campaniae, non multum a Casilino distans; h. *Calvi*; incolae Calēni; adj. Calenus.

Caledonia, Calidonia v. Britannia Barbara; adj. Caledonius.

Caledonii, Calidonii, Caledŏnes, Calidonii, Ducaledonii, gens primaria Britanniae Barbarae, quae vel a Germanis vel a Celtis originem trahebat, atque ad septentrionem Grampii montis sedebat.

Caledonius Oceanus, Caledonium Mare, Ducaledonius Sinus, Scoticum Mare, mare supra Britanniam Barb. et Hiberniam cum insulis adjacentibus; h. *d. Schottländ. od. Caledonische Meer.*

Cales, etis, Asiae Min. in Bithynia emporium, fluvii cognominis ostio adjacens.

Calētes, um, Caleti, Galleti, pop. Galliae Celt. et Belg. in utraque Sequanae ripa atque ejus ostio habitans; fere ubi h. *Caux u. Calvados.*

Calētum, Calesium, Caletanus Portus, *Calais in Frankr.*; adj. Caletanus et Caletensis.

Calēva, Calleva, Galleva, Calcua, urbs Atrebatiorum in Britannia Rom. ad Tamesin; h. *Wallingford.*

Calicadnus v. Calycadnus.

Calinda, Calymna, Calynda, urbs Cariae in Peraea Rhodiorum prope Caunum; h. *Lagule*; incolae Calindenses.

Calindici Montes, in Caria, urbi Calindae vicini.

Calisia, Calissium, Calisum v. Canisia.

Callaeci, Callaĭci, melius quam Gallaeci, pop. Hispaniae Tarracon., qui dividebantur in Callaecos Bracarios et Callaecos Lucenses.

Callaecia, Callaica Regio, extrema Hispaniae Tarrac. versus occidentem regio, Durio flumine ab Hispania Lusit. disjuncta; h. *Gallizien*; adj. Callaecus et Callaicus.

Callātis, is et idis, urbs Moesiae Infer. ad Pontum Euxinum cum portu. Minus recte Calatis scribitur. Alii Heracleotarum, alii Megarensium coloniam faciunt, alii denique Milesiorum; h. *Caliacea*; cives Callatiani.

Calliăros, urbs Graeciae in Locris Epicnemidiis.

Callicolōne, Pulchra Colona, collis Troadis in Asia Min., Simoenti fluv. propinquus et XL stadiis ab Ilio remotus.

Callicula Mons, Campaniae interioris mons Falerno Agro et Casilino urbi vicinus, quem quidam h. *Cajanello* dicunt.

Callidrŏmos, montis Oetae pars ejusque summum fastigium ad Thermopylas, Locrorum Epicnemidiorum finis borealis; v. etiam Oeta et Thermopylae.

Callĭfae, Italiae Infer. in Hirpinis opp.; h. *Carife.*

Callinicum, Callinicopolis, urbs Asiae in Mesopotamia ad Euphratem prope Nicephorium, quam Selencum Callinicum condidisse perhibent.

Calliŭpe, urbs Parthiae in Apavortene.

Callipolis, Callium, Aetoliae in Graecia oppidum.

Callipolis, urbs Italiae Infer. in Calabria ad Tarentinum Sinum, cum portu minus commodo; post

Auxa dicta, quam Mela Grajam Urbem vocat; h. *Gallipoli.*

Callipolis v. Naxus.

Callipolis, opp. Chersonesi Thraciae, ubi Hellespontus et Propontis junguntur; h. *Gallipoli, Kelibeli.*

Callirrhŏë, es, Enneacrunos, fons Atticae ad Hymetti radices in oriente, Athenarum.

Callirrhŏë, fontes medicae salubritatis Palaestinae in Peraea, quibus Herodes aegrotans usus est.

Calliste v. Thera.

Calmaria, *Calmar in Göthaland in Schw.*; adj. Calmariensis.

Calmontium, *Chaumont in Savoyen.*

Calmontium s. Calvimontium Bassiniae, Calvus Mons Bassiniae, *Chaumont en Bassigni in Frankr.*

Calonēsus, Colonesus, Pulchra Insula, *ins. Belle-Isle b. Bretagne.*

Calor, Italiae Infer. in Lucania fluv., qui Silarum excipit atque in Paestanum Sinum effunditur.

Calor, Italiae in Samnio fluvius, qui apud Beneventum Sabato miscetur; h. *il Calore.*

Calpas, Asiae Min. in Bithynia fluv., inter Chalcedonem et Heracleam in Pontum Euxinum exiens.

Calpas, Calpe, portus ad calpae ostium, in quem Argonautae invecti esse traduntur; h. nonnullis *Kerbek.*

Calpe, Calpia, Colonia Julia Calpe, urbs Hispaniae Baet. ad Fretum Gaditanum in isthmo sub monte cognomine sita et prius Heraclea nominata.

Calpe, Hispaniae Baet. prom. a columna Herculis ad Fretum, oppositam habens in Africa Abylam, alteram columnam Herculis. Dictam eam putant, quia tanquam situla in mare a continenti promineat. H. *Gebel Tarick* s. *Gibel Tarif*, a Maurorum duce Tarif, qui an. DCCXIV in eo scopulo urbem et castellum condidit. Disputatur vero, utrum in monte urbs cognominis steterit; quod jure negatur, sed ea haud procul sita fuit. Nam quod Cartejam et Calpen unam eandemque esse urbem quidam putant, id fit contra Strabonem, qui utramque urbem distinguit. Calpe, si de monte sermo est, h. est *Gibraltar.*

Calpis, Asiae in Caria fluvius; h. *Carrathassan.*

Calunia, Verovicum, Varvicum, urbs Britanniae Rom. ad Asonam fluvium; h. *Warwick.*

Calvimontium, Calvus Mons, *Chaumont im Isle de France.*

Calvimontium Bassiniae v. Calmontium.

Calycadnus, Calicadnus, Calydnus, Ciliciae Tracheae fluvius. Fontes habet in Isauria in Tauro monte, Seleuciam praeterlabitur atque inter Sarpedonem prom. et Celenderim urbem in mare egreditur; h. *Saleph.*

Calȳbe, Cabyle, urbs Thraciae, Macedonum colonia; h. quibusdam *Cabylan.*

Calydnae sc. Insulae, Calydna, parvae Aegaei Maris insulae ad Troadis oram; adj. Calydnius.

Calȳdon, ōnis, urbs Graeciae in Aetolia ad Evenum fluvium. Nomen traxit a Calydone, Endymionis s. Aetoli filio. Fuit urbs Aetoliae praecipua cum Pleurone. Serius decidit ad tenuitatem, Augusti, ut videtur culpa, qui, ut Nicopolim suam colonis amplificaret et ornaret, totam Aetoliam spoliavit. Inclaruit apro Calydonio. Regio dicitur Calydonia, Calydon, et Calydonius Ager. H. aliis *Ayton*, aliis *Galata*; adj. Calydoniacus, Calydonius et Calydonis, (idis, poet).

Calymna v. Calinda.

Calymna, Calymnia, ins. Aegaei Maris ad Cariam, una ex sporadibus, cujus mel inprimis laudatur; h. *Calimne*; incolae *Calymniates*; adj. Calymnius.

Camachia v. Camechia.

Camalodūnum, Camulodunum, Camulodunensis Colonia, urbs Britanniae Rom. in Trinobantibus ad Dabronam fl., quo Claudius Imper. primam veteranorum militum coloniam deducendam curavit; h. *Maldon od. Malden.*

Camarācum, Camaracensium Civitas, Cameracum, opp. Neviorum in Gallia Belg.; h. *Cambray.*

Terram ejus scorpiones necare narrant; h. *Galita.*

Calatia, Calatiae, Italiae in Campania opp. ad Vulturnum fluv.; h. *Cajazzo;* incolae Calatini; adj. Calatinus.

Calaurĭa, Calaurēa, Irēne, Hyperēia, Possidonia et Anthedonia, ins. Maris Aegaei ante Troezenen Peloponnesi. Nomen a Calauro, Neptuni filio, petunt. Circuitum ejus XXX. stadiorum faciunt. Sacra olim fuit Latonae vel Apollini; accepitque post pro Delo Neptunus, cujus templum ibi tam sanctum erat, ut ne missi quidem ab Antipatro milites Demosthenem inde extrahere conarentur. H. aliis *Sidra*, aliis *Poro od. Poros.*

Calcua v. Caleva.

Cale, Calle, Portus Cale, Portus Calensis, Hispaniae Tarrac. urbs in Bracaris ad Durii ostium, in cuius agro mite et generosum nascebatur vinum; fere ubi h. *Oporto*, *Porto in Portugal.*

Cale, es, Cales, is, Cales, ium, Municipium Calenum, Calenum, urbs Campaniae, non multum a Casilino distans; h. *Calvi*; incolae Calenі; adj. Calenus.

Caledonia, Calidonia v. Britannia Barbara; adj. Caledonius.

Caledonii, Calidonii, Caledŏnes, Calidonii, Ducaledonii, gens primaria Britanniae Barbarae, quae vel a Germanis vel a Celtis originem trahebat, atque ad septentrionem Grampii montis sedebat.

Caledonius Oceanus, Caledonium Mare, Ducaledonius Sinus, Scoticum Mare, mare supra Britanniam Barb. et Hiberniam cum insulis adjacentibus; h. *d. Schottländ. od. Caledonische Meer.*

Cales, etis, Asiae Min. in Bithynia emporium, fluvii cognominis ostio adjacens.

Calĕtes, um, Caleti, Galleti, pop. Galliae Celt. et Belg. in utraque Sequanae ripa atque ejus ostio habitans; fere ubi h. *Caux u. Calvados.*

Calĕtum, Calesium, Caletanus Portus, *Calais in Frankr.*; adj. Caletanus et Caletensis.

Calēva, Calleva, Galleva, Calcua, urbs Atrebatiorum in Britannia Rom. ad Tamesin; h. *Wallingford.*

Calicadnus v. Calycadnus.

Calinda, Calymna, Calyda, urbs Cariae in Peraea Rhodorum prope Caunum; h. *Lagule*; incolae Calindenses.

Calindici Montes, in Ca urbi Calindae vicini.

Calisia, Calissium, Casum v. Canisia.

Callaeci, Callaĭci, quam Gallaeci, pop. Hispaniae racon., qui dividebantur in C cos Bracarios et Callaecos Luc

Callaecia, Callaica H extrema Hispaniae Tarrac. occidentem regio, Durio fluvi Hispania Lusit. disjuncta; h. *zien*; adj. Callaecus et Callaic

Callātis, is et idis, urbs siae Infer. ad Pontum Eu cum portu. Minus recte scribitur. Alii Heracleotarum Megarensium coloniam faciu denique Milesiorum; h. *Calie* ves Callatiani.

Calliăros, urbs Graeciae cris Epicnemidiis.

Callicolōne, Pulchra na, collis Troadis in As Simoenti fluv. propinquus stadiis ab Ilio remotus.

Callicula Mons, Ca interioris mons Falerno Casilino urbi vicinus, quem h. *Cajanello* dicunt.

Callidrŏmos, montis O ejusque summum fastigium mopylas, Locrorum Epic rum finis borealis; v. et et Thermopylae.

Callĭfae, Italiae Infer pinis opp.; h. *Carife.*

Callinicum, Calli lis, urbs Asiae in Mesop Euphratem prope Nic quam Selencum Callinicu disse perhibent.

Calliŏpe, urbs Parthi vortene.

Callipolis, Callium, in Graecia oppidum.

Callipolis, urbs Ita in Calabria ad Tarentin cum portu minus comm

– Campania Felix, Laborinus Campus s. Ager, Terra Laboris; adj. Campānus, Campanicus.

Campania, Campania Gallica s. Gallorum, Campania Francica, Campania Franco-Gallica; *Champagne, chem. Franz. Prov.*

Campania Romana v. Latium.

Campanus Ager, regio Campaniae circa Capuam e regione Stellatis Agri.

Campānus Pons, in Campania, inter Sinuessam et Urbanam, super Savonem ducens.

Campi Aleiiv. Aleius Campus.

Campi Canini, Rhaetiae in Leontiis regio circa Bilitionem; ubi h. *Graubünden.*

Campi Phlegraei, Campus Phlaegraeus, Leborias, Campaniae regio inter Bajas, Cumas et Misenum, in qua pluribus locis fontes erant calidi, ignes ejiciebantur atque sulphur nascebatur. Ibi Gigantes habitasse tradunt. H. vallis *Solfaterra.*

Campi Raudii, in Gallia Transpad., quos alii ad Sessitem, alii ad Ticinum fl., alii ad Vercellas, alii denique apud Veronam et Athesin quaerunt, qui Marii de Cimbris et Teutonibus victoria celebrantur.

Campidona, Campidunum v. Cambodunum.

Campodunum v. Cambodunum.

Campus Diomedis, Campi Diomedis, planus in Apulia campus circa Cannas, ubi Diomedes Troja redux consedisse dicitur, et casi in Cannensi pugna Romani sepulti sunt.

Campus Lapideus, Campi Lapidei, Littus Lapideum, Galliae Narbon. tractus prop. Arelaten, qui per septem fere horarum iter extenditur. Quidam, rejectis fabulosis de Hercule nugis, hujus ostenti causas ex natura petunt. Multa alia exempla ejusmodi lapidum, in Francogallia non semel delapsorum, memorantur. H. *la Crau.*

Campus Marii v. Camaria.

Campus Pomptinus, Pomptinum, campus Volscorum in Latio et praedium in illo agro, inter Privernum et Suessam Pometiam sito.

Campus Spartarius, planities in ora Hispaniae Tarrac. circa Carthaginem Novam sita.

Campus Stellatis v. Stellas.

Cana, Cunae, urbs Asiae Min. in Aeolide ad mare; h. *Coloni.*

Cana, Arabiae Felicis emporium ad promont. cognomine prope Dioscoridis Insulam; h. *Kaschem.*

Cana, Canum, Cantaropolis, Canstadium, urbs Harudum, in Germania ad Nicrum fluv., Romanorum belli sedes, ubi etiamnum antiquitates Romanae inveniuntur; h. *Canstadt.*

Canadium, Cenadium, Chonadia, Genadium, Daciae opp. ad Marisum fl.; h. *Chonad, Chanad.*

Canariae Insulae v. Fortunatae Insulae.

Canastrum s. Canastraeum Promontorium, Macedoniae prom. in apice Pallēnes paeninsulae ad aditum Toronaei Sinus; h. *Capo Canistro*, aliis *Crio*, aliis *Kassandra.*

Candidum Promontorium, Africae Propr. in Zeugitana prom., quod cum Apollinis Promont. Hipponensem Sinum facit; aliis *Rasel-Abiadh*, aliis *Cap Blanc.*

Candollĭca, Candalica, Canabia, urbs Istriae cum portu ad Sinum Flanaticum; h. *Fiume od. St. Veit am Flaum.*

Canduum, Candoum, opp. Gambriviorum in Germania ad Salam; h. *Weissenfels*, Leucopetra; aliis *Camburg.*

Canisia, Calissium, Calissum, urbs Germaniae in Lygiis s. Lugiis; h. *Kalisch*; adj. Calisiensis.

Cannae, vicus Italiae Infer. in Apuiia Daunia ad Aufidum fl., circa quem Hannibal CCXVI an. a. C. n. exercitui Romanorum, ducibus Paulo Aemilio et Terentio Varrone Coss., ingentem cladem attulit; h. ruinae ejus *Canne* vocantur; adj. Cannensis.

Caninefates, Cannenufates, populus Galliae Belg., sec. plurimorum sententiam in occidente Insulae Batavorum sedens.

Canōpus, Canobus, urbs

Aegypti Infer. inter Alexandriam et ostium Canopicum. Hanc Spartani Trojani belli temporibus aedificare coeperunt, nomenque a Canopo, Menelai navis gubernatore ibi mortuo, invenit. Erat ibi Serapidis et Canopi templum, celebrabantur festi conventus, ubi magna hominum copia cantabat, tripudiabat atque in deversoriis luxui et voluptatibus indulgebat. Ejus luxuria in proverbium abiit. H. vicus *Abukir*, aliis *Bekier*; cives Canopitae; adj. Canopaeus, Canopius, Canopicus, Canopitanus, Canopitis, e.

Cantăbri, pop. Hispaniae Tarrac. inter Vascones, Cantabricum Mare et Asturum Regionem habitans; ubi h. *Biscaja*.

Cantabria, Biscaja, Cantabrorum Terra, in Hispan. Tarrac.; *Biscaja*; adj. Cantaber, bra, brum, Cantabricus.

Cantabrigia v. Camboricum.

Cantaropolis v. Cana.

Cantia et Cantii v. Cantium.

Cantioebis, urbs Nariscorum in Germania; h. aliis *Amberg*, aliis *Hambach*.

Cantium, Cantia, regio australis Britanniae Rom. ad Fretum Gallicum; h. *Kent*; incolae Cantii, quos Caesar primum subegit.

Cantium, Britanniae Rom. prom. prope Thamesis fl. ostium; h. *Cap Paperness*.

Cantuaria v. Durovernum.

Canusium, Italiae Infer. opp. in Apulis mediis ad Aufidum, quod a Diomede conditum esse tradunt. Ei aquarum penuria laboranti Herodes sophista subvenit. In idem Romani post Cannense praelium confugerunt. Incolae Canusini et Canusii; adj. Canusinus. H. *Canosa*, ubi triumphalis arcus, amphitheatri etc. rudera inveniuntur.

Capedūnum, urbs Pannoniae Infer. in Scordiscis ad Danubium; nonnullis h. *Kapfenstein*.

Capēna, Colonia Capenas, Capenatium Municipium, urbs Italiae in Etruria ad fluvium Capenatem, inter Vejos et Tiberim; h. *Civitella*; incolae Capenātes; adj. Capenas et Capenus (poet.).

Capes v. Capsa.

Capha v. Theodosia.

Capharcus, Zylophagus promont. Euboeae ins. Periculosus fuit navigantibus ob scopulos perpetuos ventorum flatus. Infames fuerunt hi scopuli Graecorum Troj redeuntium naufragio. Idem i fecit classis Persarum. H. *Cabo d Oros*, *Capo Figero*, *C. Chimi*.

Capisa, Capissa, urbs Persia ad Cophen fl. in Paropamisadi unde regio Capissene dicitur. Cyr eam evertit. H. aliis *Candahar*, ali *Chatzan*.

Capitīna Civitas, Capitium Capytium, opp. Siciliae medite raneae; h. *Capizzi*.

Capitolinus Clivus, Capitolium, Tarpejus Mons, co lis in octava Romae Regione.

Capitolium, Jovis in Mon Tarpejo templum Romae, ubi est *Campi-Doglio*, juxta erat Ar et Rupes Tarpēja. Adj. Capitol nus; Capitolini sc. homines, q ludos Capitolinos edebant.

Cappadŏces, Cappodociae populus. A Persis subactis Cyrus regem dedit Pharnacem, post in Romanorum, ditionem redacti sunt, qui Archelaum accusatum Romam abduxerunt.

Cappadocia, Asiae Min. provincia, quae a Tauro usque ad Pontum Euxinum atque ab Halye ad Euphratem extendebatur. Sub Persarum imperio in duas Satrapias divisa, atque sub Alexandri M. successoribus in duo regna partiti est, in Cappadociam Magnam e Cappad. ad Pontum s. Ponticam H. pars *Caramaniae*. Incola Cappadox; adj. Cappadŏcus et Cappadocius.

Cappădox, Cappadociae fl. qui eam a Galatia disterminabat, in Halyn exibat, et Cappadociae nomen indidisse fertur. Ejusdem nominis alius in Amano monte fonte habere dicitur, qui Euphrati jungitur.

Capraria, Africae ins. ad occ dentalem Mauretaniae Tingit. oran una ex Fortunatis; h. videtur es *Palma*.

Capraria, ins. Balearis Maj. meridiem posita; h. *Cabrera*.

Capraria, Caprasia, ins. Ty rrheni Maris inter Ilvam et Cor

cam, cujus nomen a capris ducitur, ideoque a Graecis Aegilon appellatur; h. *Capraja.*

Caprasia, Caprasiae, urbs Italiae Infer. in Agro Bruttio ad Crathin fluvium posita.

Capreae, Capria, ins. Tyrrheni Maris ad Campaniae oram contra Surrentum urbem. Olim Teleboae illam tenuerunt, post Neapolitani, quibus ereptam Augustus sibi vindicavit. Fuit amoenissima, circumcirca montibus clausa, in eaque Tiberius septem ultimos vitae annos luxuriosissime transegit; h. *Capri*, ubi n. Arcis Tiberii ruinae vicentur.

Caprus, Capri Portus, in Macedonia, inter Atho montem et Strymona fluvium. h. *Syura.*

Caprus, Zabas s. Zabatus Minor, Assyriae fluv., qui in meridie Lyci s. Zabati Majoris fluit atque Tigri miscetur; h. *d. kleine Zab.*

Capsa, Colonia Capsa, urbs Africae in Numidia Massylorum. Jugurthae fuit regia, eaque a Mario expugnata est; h. *Kafza;* incolae Capsenses.

Capua, Campaniae metropolis ad Vulturnum fluv. et radices Tifatae montis. Strabo a capite nomen traxisse dicit, Livius a Capye, Samnitium duce, vel, quod vero propius putat, a campestri agro derivat, cui adsentitur etiam Plinius. Vetus nomen fuit Vulturnum. Antiquissima fuit urbs, quam cum Nola XLVIII annis ante Romam conditam esse scribunt. Ejus amplitudinem et opes praedicat Livius, notatque luxuriam ejus et subsecutam superbiam; his vero deliciis Hannibalis exercitum mollivit et perdidit, unde Capuam Hannibali Cannas fuisse vere et argute dictum esse notat Florus. Ob defectum ad Hannibalem a Romanis iterum capta et aliis privata est commodis publicis, quod factum est an. V. DXLI, sed jus pristinum recuperavit a J. Caesare Cos. Coloniam eo deduxerunt Brutus, Sulla, et inprimis J. Caesar et Augustus, unde Colonia Julia Felix Augusta Capua. In sinistra Vulturni ripa h. ejusdem nominis urbs exstat, sed ruinae variae et insignes testantur, veteris locum quaerendum esse, ubi nunc *S. Maria di Capua* s. *Maria dell Grazie.* Incolae Campani apud probos auctores et sequiore tempore analogiae convenientius Capuani, qui a Graecis Καπυανοὶ dicuntur, et Campani ad regionis incolas pertinere videtur, etsi et Campanus apud bonos auctores strictiori sensu pro Capuanus s. Capuensis occurrit.

Caput Finis Terrae v. Artabrum Promont.

Caput Oeni, *das Engadin od. Innthal in Graubünden.*

Caput Viride v. Arsinarium Promont.

Caracotinum, opp. Caletum in Gallia Belg. ad Sequanae ostium; h. *Havre de Grace.* Portus Gratiae, Franciscopolis; al. *Crotoy.*

Carălis, Carala, Calaris, Carales plur., urbs in ora australi Sardiniae ad Sinum Caralitanum cum portu. A Carthaginiensibus condita dicitur, a Romanis jure civitatis donata est; h. *Cagliari;* incolae Caralitani Civium Romanorum.

Carambăcis, Carambĭce, Sarmatiae Europ. fluv., qui in Riphaeis montibus ortus in Sinum Granvicum egreditur; h. *Dwina* — Duina.

Carambis, Carambicum Promontorium, Asiae Min. in Paphlagonia prom., ex adversum prom. Κριοῦ Μέτωπον in Chersoneso Taurica. Utrumque Pontum Euxinum ita coarctabat, ut veluti in duo maria divideretur. H. *Keremp*, aliis *Capo Pisello.*

Carambis, urbs Paphlagoniae in promontorio cognomine.

Carambūcis, Obiu's, *Ob od. Bija, Fl. im Asiat. Russland.*

Carantŏnus, Galliae Aquit. in Santonibus fluv., qui in Mare Aquitanicum, e regione Uliari insulae, emittitur; h. *Charente.*

Caranusca, Saranusca, urbs Galliae Belg. inter Treviros et Mediomatricos; h. aliis *Gürsch*, aliis *Saarburg*-Saraeburgum, Sarae Castrum.

Carcăso, Carcasum, Carcassio, Carcasso, urbs Volcarum Tectosagum in Gallia Narbon.

ad Atacem fl., iure Latii donata; h. *Carcassone*; adj. Carcassonensis.

Carcaciocerta i. q. Amida.

Carchemis v. Circesium.

Carcĭne, Carcinitis, idis, urbs Sarmatiae Europ. ad ostium Hypacaris fluv. et sinum ab ea nominatum; ubi h. *Goeslewe s. Gjuslewe.*

Carcinītes Sinus, inter Sarmatiam Europ. et Chersonesum Tauricam.

Cardania v. Cerretania.

Cardia, Cardianorum Urbs, urbs Chersonesi Thraciae prope Melae fluv. ostium, quae a Lysimacho deleta est, qui in propinquo Lysimachiam aedificabat; rursus efloruit et h. *Caridia* vocatur; cives Cardiani; adj. Cardianus.

Cardiuchii, Carduchi Montes v. Gordiaeus Mons.

Carduchi, Cardueni, Cordyaei s. Gordiaei, pop. Armeniae Maj. in Carduchis montibus inter Tigrim et Arsissam Lacum; h. fort. *die Kurden.*

Caria, Asiae Min. regio ad Aegaeum et Mediterraneum Mare sita. Nomen deducunt a Care, quem auguria ex avibus invenisse refert Plinius. In constituendis finibus variatur; nunc est *Alidinella*-Alidinia- u. *Mentech-Seli*; incola Car; adj. Carĭcus, Carēnus.

Carīni, Germaniae septentrionalis pop., ubi h. Prov. *Neumark*, aliis Pomerani.

Cārinthia, *Herz. Kärnthen in Oestr.* Carinthus e. *Einw.*; adj. Carinthicus.

Caristum, Carystum, urbs Statiellatum in Liguria inter Genuam et Dertonam; h. *Carso.*

Carleŏlum v. Lugovallum.

Carmāna, opp. Persiae in Carmania Vera prope fines Carmaniae Desertae; h. *Kerman od. Sirdschan.*

Carmăna, Carminna, Carnina, Indici Maris ins. ad oram Caramaniae.

Carmania, prov. Persiae inter Gedrosiam, Parthiam, Persidem, Sinum Persicum et Mare Indicum. Serius occurrit Carmania Major. Olim eam subegit Ninus, post Persarum satrapis paruit, serius Parthis subjecta fuisse videtur. Ferax fuit vitium aliarumque verum. H. *Kerman; a. d. Küste, Moghistan.* Erat duplex, Carm. Deserta, h. *Kerkh*, locus vastus et ingens, et Carm. Propria s. Vera; h. *Kerman*; incolae Carmani et Carmanii.

Carmel, (Carmelus), urbs Palaestinae in tribu Juda; civis Carmelita, m., Carmelitis, f.

Carmēlum Promontorium, in Galilaea Infer., Carmeli Montis culmen ad mare usque porrecti, inter Ptolemaida et Sycaminum, in quo Carmeli dei altare stetit, quem Vespasianus consulebat.

Carmēlus, mons Palaestinae in tribu Juda ad occidentalem Asphaltitae Lacus ripam situs. In eo Saulus post victoriam de Amalecitis triumphalem arcum exstruit, ab prope eum Cambyses, Persarum rex, vitam posuit.

Carmēlus, Galilaeae Infer. montium tractus Libano annexus, qui CXX stadiis Ptolemaidi ad meridiem attollitur, ac Kischoni fluvii ostio propinquus est. Ferax erat et silvosus, antris etiam securitatem praestantibus abundabat; hodieque *Carmel.*

Carminna v. Carmana.

Carnalis i. q. Caralis.

Carnarius Sinus v. Flanaticus Sinus.

Carni, Gallia Cisalp. pop. ad radices Carnicarum Alpium, qui Venetorum regionis partem occupavit, Carniam inde dictam; adj. Carnicus.

Carnia, Carniŏla, Carniolia, Crania, *Krain, Herz. in Oestreich.*

Carnioburg, Craniobŭrgum, urbs Carnorum in Gallia Transpad. ad Savum; *Krainburg.*

Carnotēna Civitas, Carnotum v. Autricum.

Carnovia, Carnuvia, *Jägerndorf, Karnow in Schlesien*; adj. Carnoviensis.

Carnuntum, Carnutum, Carnus, untis, Pannoniae Infer. ad Danubium urbs amplae magnitudinis, inter Vindobonam et Posonium sita, quae sub Imperatoribus inprimis inclaruit. In ea Marc. Aurelius tribus annis vixit, et prope eam Licinius et Severus Imperatores dicti sunt. H. *St. Petronell*; alii *Haim-*

urg - Hamburgum Austriae - esse mutant.

Carnūtae, Carnutes, Carnuti, Galliae Lugdun. inter Ligerim et Sequanam populus; ubi *Orleanois, Blois u. Beauce.*

Carnutes v. Autricum.

Caroburgum, Carobŭrgus v. Caesaris Burgus.

Carocelia Vallis, Mauriennensis Vallis, *Thal Maurienne i. Savoyen.*

Carocotĭnum, urbs Galliae Belgicae in Ambianis ad Somenae ostium; h. *Crotois.*

Carodunum, Cracovia, Cracau a. d. *Weichsel.*

Carpasia, Carpasium, Carpasēa, urbs Cypri ins. cum portu contra Eleusam in Cilicia; h. *Carpaso*, quibusdam *Jalussa.*

Carpātes, Alpes Bastarnicae, Sarmatici Montes, Carpates Montes, Carpatici Montes, Daciae montes, eam a Sarmatia Europ. disterminantes; h. *die Carpathen, Carpack, Krapack.*

Carpathium Mare, Carpathium Pelagus, Asiaticum Mare, pars Maris Interni inter Carpathum et Rhodum insulas; h. *Mer v. Scarpanto.*

Carpăthus, Crapathus, Insula Maris inf., media inter Rhodum et Cretam, unde Carpathium Mare nomen traxit. Olim dicta est Porphyris. Alta est, habetque circuitum CC. stadiorum. Continebat olim IV. urbes, ibique regnavit Proteus; Minos post classiariis eam tenuit. Jolcus Argivus coloniam eo deduxit. Lepores olim eam vastavisse dicunt; h. *Scarpanto od. Koje*; incolae Carpathii.

Carpentoracte, Carpentoractum, urbs Cavarum in Gallia Narbon. Jul. Caesar coloniam eo deduxit. H. *Carpentras*, ubi ruinae triumphalis arcus Domitii Ahenobarbi, ibi Allobroges et Arvernos superantis, conspiciuntur.

Carpessus v. Carteja.

Carpetania, regio Hispaniae Tarrac., quam Carpetani incolebant; fere ubi h. *Prov. Madrit*; adj. Carpetanus.

Carpi, Carpiani, Germaniae Transvistulanae s. Sarmatiae Europ. pop. inter Peucinos et Bastarnas, qui primo habitavit, ubi h. *Podolien*, sed sedibus plus semel mutatis a Diocletiano in Pannoniam collocatus est.

Carpis, Carpi, urbs Africae Propr. in Zeugitana; h. nonnullis *Gürbos*; adj. Carpitanus.

Carra, urbs Arabiae Felicis; quibusdam h. *Kara*, Arabibus *Ilharan el Korein.*

Carra, fl. Mesopotamiae Carras alluens ibique Chaborae se jungens.

Carraca, *Guadalaxara in Span.* v. et. Arriaca.

Carrāca, urbs Etruriae; h. *Carraca*; adj. Carracensis.

Carrāca, Carravacium, urbs Euganeorum in Gallia Transpad.; h. vicus *Caravaggio*, *zw. Brescia u. Mailand.*

Carrae, Colonia Carrenorum, Metropolis Colonia Carrenorum, Charrhan, in S. S. Charan et Haran, urbs Asiae in Mesopotamia. Abrahami pater in Canaan migrans ibi diem obiit. Apud eam Crassus a Parthis fusus in illam confugit, atque Armeniae montana petens apud Sinnacam a Surena occisus est; incolae Carrēni et Carraei.

Carrea v. Pollentia.

Carrodunum, *Hradek in Ungarn.*

Carrodūnum, opp. Lygiorum in Germania orientali; aliis *Radom*, aliis *Zarnowice.*

Carrodūnum, urbs Vindeliciae ad Aenum; h. *Krainburg*; v. etiam Carnioburgum.

Carrodūnum, (Carnodunum,) Carturnia, urbs Pannoniae Super. inter Murum et Savum fluv.; h. nonnullis *Czakotorn.*

Carseŏli, opp. Italiae Med. in Aequis, quod a. V. c. CCCCLIV colonia Romana factum est. An. MDCXLV detecta est ejusque rudera h. nominantur *Civita Clarentia*, *b. Arsoli*; incolae Carseolani; adj. Carseolanus.

Carsūlae, urbs Italiae Propr. in Umbria inter Tudertum et Spoletium, quam h. vicum *Casigliano* esse dicunt; incolae Carsulani; adj. Carsulanus.

Cartăma, Cartima, urbs Bastulorum Poenorum in Hispania Baet.; h. fort. *Cartama.*

Carteja, Althaea, urbs Olcadum in Hispania Tarrac.; h. *Orgaz.*

Carteja, Cartegia, Carpessus, Crantia, Hispaniae Baet. opp. ad Fretum Gaditanum, quod Herculem aedificasse tradunt. In ejus agro auri argentique erant fodinae. Quam cum Carthaginienses occupassent, his a Scipione expulsis, in coloniam Libertinorum redacta est; h. fere ubi *San Roque*, nonnullis *Rocadillo.*

Cartenna, Cartinna, Cartennae, urbs maritima in Mauretania Caes. inter Caesaream et Portum Magnum; Augusti colonia, unde Colonia Augusti Legio Secunda, i. e. colonia militum legionis secundae, appellata est; n. *Tenez*, aliis *Masagran*, *Mostagan*; incolae Cartennenses et Cartennitani; adj. Cartennitanus.

Cartennus, fluv. Mauretaniae Caesar., qui inter Cartennam et Arsenariam in mare effunditur.

Carthaea, urbs Cei, Cycladum insulae; adj. Carthaeus et poët. Carthaeius.

Carthaginienses, Poeni, Puni, incolae Carthaginis partisque orae septentrionalis Africae, qui maximam in remotissimas terras mercaturam fecerunt, Siciliae partem occuparunt, unde bello Punico primo ejecti sunt, Sardiniam et Hispaniam; bello Punico secundo graviter afflictati, atque tertio plane victi et oppressi sunt.

Carthaginiensis Regio, ager Carthaginis urbis, cuius pars meridionalis Byzacena, septentrionalis Zeugitana dicebatur; h. *Tunis.*

Carthāgo, Carthago Vetus, Colonia Carthago, Carthago Magna, Tyria Urbs (Virg.), urbs Africae Min. in Zeugitana, in paeninsula sita. Conditores faciunt Phoenices, Didone duce; tempus alii ante, alii post Ilium captum statuunt. Tres ejus partes memorantur: Cothon ad portum; Byrsa, a dissecto corio, quo urbis area strata fuit, in qua arx stetit; Megara, reliqua urbis pars. Ejus magnitudo, opulentia, potentia, fata satis n sunt. Anno post excidium XXI Romani primam coloniam eo de xerunt, sed sine fortunae succ su; eamque Junoniam dixerunt. post excidium CII. major colono copia a J. Caesare felicioribus spiciis eo missa est, pristinum Carthagini nomen redditum. Ru obruta jacet prope *Saka-rah*; in ejus ruderibus nunc *Mersa* perhibent. Adj. Carthaginiensis, nicanus, Punicus, Poenus, Pu Puniceus, poët., Phoenissus, po

Carthago Nova, Carth Poenorum, Carthago Sp taria, Carthago apud Ibe Colonia Julia Nova Carth opp. Contestanorum in Hispania rac. ad Virgitanum Sinum, ab A bale Poeno DXXV. conditum. Scipio expugnavit, eoque J. C coloniam deduxit, et sub Diocl no metropolis Carthaginiensis P vinciae facta est. H. *Carthagena.*

Carthago Vetus, urbs caonum in Hispania Tarrac. ad coris et Iberi confluentes; h. *Ta vieja.*

Cartris v. Chersonesus C brica.

Carura v. Orospana.

Caryae, Carya, urbs Pelop nesi in Laconica ad Oenum In illa Diana Caryatis templum buit, in quorum festo saltatio solennes agebantur; h. *Kra* adj. Caryus.

Caryae, Carya, urbs Pelop Arcadia. Persis victis hanc urb illis consociatam ceperunt Gra qui viros omnes trucidarunt, fe nas autem in servitutem abduxer in qua vilissima ministeria obeu erant; unde Caryatides, statuae liebres in aedificiis ad onera fer da; incola Caryas, atis; Caryā ium; Caryatis, idis, femina.

Caryanda, insula et urbs po instructa, in Sinu Jassio ad Ca oram inter Bargyliam et Mind sita; Scylacis Geographi pa quam h. *Coracojan* dici perhib adj. Caryandensis.

Carystos, Carystus, urbs ora australi Euboeae insulae. O dicta est Aegaea ab Aegaeone. rysti nomen tulit a Carysto, Chi

is filio. Conditam tamen a Dryopibus vel incolis frequentatam refert Diodorus Sic. Sita fuit sub Oeta monte. Innotuit civis ejus Antigonus, cujus Historiam Memorabilium habemus. Celebrantur maxime Latomiae, et hinc Carystium marmor viridis coloris, et notandus porro lapis Carystius, ex quo nentur et texebantur mantilia, torebantur lucernarum funiculi, qui rdebant, nec tamen cremabanr. Ante Plutarchi tempora defecrat. H. *Castel Rosso*; incolae Castii; adj. Carystius et poët. Casteus.

Carystum v. Caristum.

Casăle, Casalium, Casale, *St. Basii*: v. Bodincomagus.

Casăle Majus, *Casale Maggiore in Po, in Mailand.*

Caserta, Italiae Infer. opp. ad Latorum montis radices sita; h. *Caserta.*

Casia, Scythiae extra Imaum gio inter Auxacitin et Achasam; h. d. *kleine Bucharei*, *Kaschgar.*

Casii Montes, in Scythia ex Imaum, qui usque in Sericam rrigebantur.

Casilīnum, urbs Italiae in Camia ad Vulturnum, quae Punicon bellorum tempore cum Taura intercidit, et nunc *Capua Nova* itur; cives Casilinenses et Casilies; adj. Casilinensis et Casilinus.

Casīnum, opp. Volscorum in tio ad Casinum Montem, cujus nae h. *San Germano* nominantur; Casinas, atis.

Casiōtis, Cassiotis, idis, re Aegypti Infer. inter Pelusium Rhinocolurara; h. *Chadsaic od. Adsaic.*

Casiōtis, Cassiotis, idis, Syae regio inter Orontem et Libam.

Casium, Cassium, Aegypti fer. in Casiotide opp. ad Casium montem; h. aliis *Katich*, aliis *Carich.*

Casius, mons Aegypti Infer. ad rbonis Lacus ripam, Jovis Casii mplo et Pompeji M., ibi occisi, pulcro nobilis; h. *Cap del Cas, ou Ratich.*

Casius, Syriae mons altissimus in Seleucide, inter Taurum et Libanum situs; h. nonnullis *Liza.*

Caspiae Pylae s. Portae, in Asia Maj., quae Tacito Claustra Caspiarum sc. Portarum vocantur. Duplices sunt Portae Caspiae distinguendae, quarum aliae prope Mare Caspium, ubi h. *Derbent*, aliae inter Mediam et Parthiam sitae sunt; quae hod. a quibusdam *Les Portes de Testis* appellantur.

Caspiana, Asiae in Albania vel Armenia regio iuxta Cyrum fl. Ab ejus incolis Caspium Mare nomen invenit.

Caspii, rectius quam Caspiani, Caspiadae, poët., Mediae Atropatenes populus partim ad occidentem Caduiorum ad Mare Caspium et Cambysen fluv.; partim in propinquo Parthorum ad Caspias Portas habitans; ubi h. est pars australis Russicae prov. *Schirwan*; adj. Caspiacus, Caspius et poët. Caspinus.

Caspium Mare, Caspius Pelagus, Caspius Sinus, Hyrcanium Mare, Hyrcanum Mare, Hyrcanus Sinus, Scythicum Mare, in Asia inter Scythiam intra Imaum, Hyrcaniam, Atropatenen, Albaniam et Sarmatiam Asiaticam. Nomen traxit a populo Caspiis, qui in Xerxis exercitu militabant. Formam ejus et ambitum varie notant veteres. Quaesitum est, utrum separatum sit mare, an cum aliis junctum. Prius credebant Herodotus, Aristoteles, Diodorus, ceteri fere omnes ex Oceano Septentrionali derivabant, ejusque sinum faciebant, alii utrumque mare subterraneis meatibus cohaerere putabant. Nec magis recentiores conveniunt, quorum quidam commeatum ejus cum Ponto Euxino statuunt. H. Persis *Kolsum*, Russis *Chwalinskoi Mora; das Kaspische Meer*; adj. Caspius et Caspiacus.

Cassandrea v. Potidaea.

Cassiliăcum, opp. Rhaetiae; h. *Kissleg.*

Cassiŏpe, Cassiopeja, urbs Epiri in Cassiopia, ubi sec. Sueton. ara Jovis Cassii fuit.

Cassiŏpe, urbs Epiri in Thesprotia ad Acherusiam Lacum; h. *Janina.*

Cassiŏpe, portus Epiri in Chaonia, inter Posidium et Buthro-

tum situs, unde Brundisium trajicientes mille et trecentorum stadiorum viam conficiebant.

Cassiŏpe, Corcyrae insulae opp. cum portu egregio. Ibi Jovis Cassii templum fuisse Plinius refert.

Cassiopeja v. Cassiope.

Cassiterĭdes, Cassideridum Insulae, Silures, Sillinae Insulae, Hesperides, Silvestres, ins. Britanniae Rom. ad Africum sitae, quae a Phoenicibus detectae multum stanni illis praebuerunt. H. *Scilly od. les Sorlingues.*

Castabăla, orum, Castabalum, Castabolum, opp. Ciliciae Campestris.

Castabăla, orum, urbs Cappadociae Magnae in Tyanitide ad Taurum. Ibi Diana Perasia templum habuit.

Castalia, fons Phocidis ad Parnassum prope Apollinis templum ortus, Apollini et Musis sacer; adj. f. Castălis, idis, et Castalius.

Castăna, Castanea, Casthanea, urbs Thessaliae in Magnesia ad Pelii montis radices. Ab ea Nux Castanea nomen duxisse fertur; h. *Kastania*; adj. Castaneus.

Castania, opp. Apuliae Peucetiae prope Tarentum; h. *Castellaneta.*

Castella, Castia, Vetus et Nova, *Alt- u. Neu Castilien, K. in Spanien*; adj. Castilianus et Castiliensis.

Castellani, Hispaniae Tarrac. pop. ad Pyrenaeorum radices.

Castellum Batavinum v. Bacodurum.

Castellum Cattorum, Castellum ad Fuldam, Cassella, Cassellae, Casselia, Casselium, Cassilium, Cassula, *Cassel in Churhessen*; adj. Casselanus.

Castellum Menapiorum, Casseletum, opp. Galliae Belg. in Menapiis ad Mosam; h. *Kessel.*

Castellum Morinorum, Casellum, Cassellum, Casletum, urbs Galliae Belg. Bononiae ad orientem; h. *Cassel*, *Montcassel.*

Castŏrum Lucus, Castorum Nemus, locus Galliae Transpad. inter Cremonam et Bedriacum, ubi Otho Cecinnam, Vitellii ducem, vicit.

Castra Alata v. Alata Castra.

Castra Bonensia v. Bonna.

Castra Germanorum, Mauretaniae Caes. opp. maritimum; h. *Schah.*

Castra s. Castrum Puellarum v. Alata Castra.

Castra Caecilia, Caecilina, orum, Hispaniae Lusit. loc munitus in Vettonibus, inter Cet brigam et Salatiam; h. aliis *Caceres*, aliis *St. Maria de Guadalupe.*

Castra Catulina, *Tuln Oestr. Kr.*

Castra Cornelĭana, Cast Cornelia, Castra Cornel Castra Romana, Castra S pionis, Castra Prima, Scip nis Vallum, urbs Africae Pro in Zeugitanae promontorio pr Uticam. Ibi Scipio secundo Pun bello trajectus primum castra pos atque hiberna habuit, unoque va etiam navalia complexus est; *Gellah.*

Castra Exploratorum, o Britanniae Rom.; h. nonnullis *therby.*

Castra Febiana, Bebian urbs Vindeliciae ad Guntiam; *Babenhausen.*

Castra Germanorum, Ma retaniae Caes. opp. maritimum; *Bischah.*

Castra Hannibalis, Ital Infer. urbs cum portu in Brutti h. aliis *Castelli*, aliis *Castelette.*

Castra Herculis, locus G liae Belg. in Batavorum Insula sinistram Lici ripam; h. nonnul *Kesteren.*

Castra Puerorum, locus Ma retaniae Caesar. inter Sigam et C tennam.

Castra Quintana s. Quint na sc. Castra, Quintiānis, u Norici ad fluvium cognominem; aliis *Quinzen*, al. *Osterhofen*, *Wiesenburg.*

Castra Scipionis v. Cast Cornelii.

Castra Ulpia, Colonia Tr jana, Legio XXX Ulpia, o Germaniae Infer. in Gugernis; *Kellen.*

Castra Vetera, Santen Xanthus, urbs Germaniae Inf in Gugernis prope Rhenum; *Santen*, *Xanten.*

Castricomium, urbs Italiae Latio; h. *Castro.*

Castrum Aliso v. Alisus.

Castrum Altum, Vettonum in Hispania Lusit. castellum, prope quod Hamilcar interfectus est; h. aliis *Castralta*, al. *Castel Seras*.

Castrum Britonum v. Britannodunum.

Castrum Jnui i. e. Pani sec. Liv., Castrum, Latii in Rutulis urbs maritima.

Castrum Lucii, *Chalus im südl. Frankr.*

Castrum Novum, urbs Etruriae maritima; h. al. *St. Marinella*, al. *Torre Chiaruccia*.

Castrum Puellarum v. Alata Castra.

Castrum Valerianum, opp. Hermionum in Germania; h. vicus *Jngenheim in H. Homburg*.

Castrum, Vetrium v. Caulonia.

Castŭlo, Municipium Catulonense, Castalon, Caslon, urbs Bastitanorum in Hispania Tarrac. in Baeticae finibus prope Baetin fluv.; in qua Imilce, Hannibalis uxor, nata erat. Ad eandem Hasdrubal a Scipione Africano fusus est. H. *Caslona*.

Casurgis, Casturgis, urbs Lygiorum in Germania; h. fere ubi *Troppau*, sec. al. *Karzen in Böhm.*

Catabathmus, in Marmarica. Vox graeca, quae descensum significat, etiam Latinis usitata, ita Sallustius declivem latitudinem explicat. Duplicem Catabathmum cum aliis commemorat Ptolemaeus, Majorem in Libyae littore, et Parvum in mediterraneis ultra Paraetonium versus Aegyptum, sec. quosdam, ubi *Cepo & Alber.* Scriptores fere de Majore loquuntur, quem nonnulli h. *Akabet-Assalom od. Akaba* vocant.

Catabathmus, urbs in Libyco nomo in Marmaricae finibus, prope Catabathmum Majorem; fere ubi h. *Cepo & Alber.*

Catacecaumĕne, Combusta ac. Regio, Asiae Min. regio, in finibus Mysiae et Lydiae, quae torrida erat et deusta ita, ut nullius praeter vitem arboris, sed vini praestantissimi fertilis esset.

Catadūpa, orum, Cataractes Major, Catarracta Nili in Africa inferiore; h. *Catadbi*; cujus accolae Catadupi nominantur, quos Cicero propter magnitudinem sonitus audiendi sensu carere dicit.

Catalaunia, Catalonia, Gothalania, *Span. Prov. Catalonien*; incolae Catalauni.

Catalaunici Campi, planities Galliae Belgicae prope Durocatalaunum ad Matronam, nobilis pugna Attilae cum Romanis et Gothis, eorum sociis, in qua ejus exercitus ab Aetio ad internecionem caesus est.

Catalaunum v. Durocatalaunum.

Catăna, Catinense Oppidum, Catina Colonia, urbs Siciliae orientalis. Nominis origo ambigua est. Conditores habuit Naxios. Hiero I. expulsis veteribus incolis novisque introductis Aetnam appellavit. Hierone tamen mortuo pristini incolae redierunt. Aetnae montis incendiis saepe vexata et seculo XII subversa est. Multa ibi monumenta conspiciuntur. H. *Catania*; cives Catinenses; adj. Catanaeus.

Catancium, opp. Italiae Infer. in Bruttiis; h. *Catanzaro*.

Cataonia, Asiae Min. in Cappadocia Magna regio, terminos habens Sophenen et Commagenen, Antitaurum, Taurum et Lycaoniam, eamque Pyramus et Sarus perfluunt. Incolae Cataŏnes.

Cataptystum, Nili ostium. Hoc nomen Tanitico ideo impositum erat, quod per illud Osiris arca per fraudem inclusus in mare immissus fuerat. H. vocatur *Omm-Faredje*.

Catarrhactes s. Cataractes, Asiae Min. in Pamphylia fluvius magnus in Tauro ortus, qui ab alta rupe torrentis instar sese praecipitat et cujus sonitus longe auditur, quique inter Olbiam et Attaliam delabitur. H. vocatur *Dudem* vel *Duden-Sowi*, aliis *Ampadere*.

Catarractonium, Caturractonium, Cataracto, urbs Britanniae Rom. in Brigantibus inter Verteras et Eboracum; h. al. *Cataract-Bridge*, aliis *Thornborough*.

Catina v. Catana.

Catobrica, Catobriga v. Caetobrix.

Cattara v. Ascrivium.

Catti, Chassi, Chatti, Hassi, quos Caesar Suevos appellat, populus potens Germaniae, inter Semanam silvam, Chamavos, Vangiones et Hercynium saltum sedens; ubi h. *Fulda, Hanau u. Hessen.*

Cattimelibocum, *Alt- Katzenelnbogen*; adj. Cattimelibocensis.

Cattorum Vicus, prope Arcem Britannicam ad mare cum portu, *d. Dorf Catwyk in Süd - Holland.*

Catuācum, Duacum, opp. Atrebatum in Gallia Belgica; h. *Douay*; incolae Catuaci; adj. Duacensis.

Caturĭgae, Caturigum Urbs, Caturigomagus, metropolis Caturigum Galliae Narbon. in Alpibus Maritimis; h. *Chorges.*

Caturractonium v. Catarractonium.

Caucasiae Portae, Iberiae Portae, angusta inter montes Caucasi via, qua ex Sarmatia in Iberiam progrediebantur, quaeque tignis vel portis ferro munitis clausa Ceraunio castello defensa atque a Romanis munitionibus septa est. H. *Vladi-Caucas* vocant.

Caucăsus, Caucasii Montes, in Asia Magna inter Pontum Euxinum et Mare Caspium mons, qui isthmum intercludit, versus austrum attingit Iberiam et Albaniam, Sarmatiam versus boream. Celebratur ejus altitudo atque in fabulis Prothei satis innotuit. H. eum *Kaern, Tau, Aente, Jalbus, Kawkas, Caucasus* vocant; adj. Caucaseus, Caucasius, incola Caucasigĕna.

Cauci, Chauci, Cauchi, Cayci, Germaniae pop. potens, regiones inter Albim, Amisium, mare et Ingaevones incolens, erantque Cauci Majores et Minores.

Caudinae Furculae, Caudinae Furcae, Caudinae Fauces in Samnitibus prope Caudium, ubi Romanorum exercitus, duce Sp. Posthumio Cos. locorum angustiis interceptus, ab hostibus circumcirca obsessus, et positis armis, sub jugum missus est; h. *Arpaja.*

Caudium, urbs Italiae in Samnio inter Beneventum et Capuam, quam alii *Arpaja*, al. *Furchie*, al. *Ariola* nominant. Incolae Caudi adj. Caudinus.

Caulonia, Caulon, Castru Vetrium, urbs Italiae Infer. Bruttiis. Antea a convalle *Αὐλ* praejacente dicta est Aulonia. Crotoniātis conditam tradunt, Achae rum tamen coloniam Strabo fac qui fortasse Achaeorum socii fuerun Sita fuit ad Sagram fluvium. Aede Jovi Honorio exstruxerunt ad Achae rum exemplum. Urbe a Dyonisio stata, ager Locris datus est; in bel cum Pyrrho iterum deleta et ter restituta est. Idem accidit in bel Hannibalico, quia Strabonis Plinii aetate diruta jacebat, H. q dam vocant *Castel Vetere.* Incol Caulneōiātae; adj. Caulinus.

Caunus, Caunos, opp. Cari in Peraea Rhodiorum, cum por celebri in Lyciae finibus; Protog nis pictoris patria; quod coelo t pestilenti fuisse dicitur, ut omnes i colae, lienosi essent; in hodierno n mine variant Geographi, alii en *Kopi* dicunt, al. *Quingi*, al. *la R sa*, al. denique *Kaiyuez*; incolae Ca nii; adj. Cauneus (Caunius, Caunaeu

Caunus, Cacus, mons Hisp niae Tarrac. in Celtibēris; h. q busdam *Moncajo.*

Cavăres, Cavari, pop. Galli Narbon. juxta Rhodanum in Druentiam et Isaram; ubi h. *Oran Avignon, Cavaillon u. Carpentras.*

Caycus v. Caicus.

Cayster, Caystrus, As Min. in Lydia et Jonia fluvius. Cilbianis jugis fontes habens pro Hypaepam et Anagomen, Lyd urbes, decurrit, atque in p pinquo Ephesi in sinum effundit Notus est campus Caystrius, quem labitur, eumque cygni no litant; h. *Kara-su*, Turcis *Kutsch Minder*; al. *Chiavy*; adj. Caystri Caystrinus, Caystrenus, Caystrian

Cea, Ceos, Cia, Hydruss ins. Cycladum in Aegaeo Mari pr pe Atticam; Herasistrati, clari n dici, nec non Simonidis et Bachy dae, clarissimorum poetarum, alu na. In eadem ex tenuissima bomb ce vestes in usum feminarum tex bantur. H. *Zea, Zeos, Morted*; i colae Cei; adj. Ceus.

Ceba, urbs Italiae Cisalp. in Liguria ad Tanarum fluvium; h. *Ceva*; adj. Cebanus.

Cebenna, Gebenna, Cebennae, Cebennici Montes, Gebenici Montes, Cemmenus Mons in Gallia Transalpina. Protendebantur a Pyrenaeis per mediam Galliam usque ad Lugdunum, et J. Caesaris tempore Helvios separabant ab Arvernis, qui se iis munitos credebant. Olim aurifodinae in iis erant. Inde Cemenice s. Cemenice Regio et Cemenicus Ager. H. *Les Cevennes, die Sevennen*, quorum tamen partes singulae nomina sua habent.

Cebren, Cebrene, Cebrena, urbs Asiae Min. in Troade inter Lectum et Antandrum. Regio adjacens Cebrenia dicebatur; adj. Cebrenus, Cebrenius et Cebrenensis.

Cebren, fl. Troadis ad urbem cognominem.

Cebrum, opp. Moesiae Infer. ad Cebrum s. Ciabrum et Danubium.

Cebrus v. Ciabrus.

Cecĭna, Cecinna, Etruriae fluvius, qui Volaterras alluit atque in Etruscum Mare emanat; h. *Cecina*.

Cecrŏpia i. e. Athenae; Cecropia Arx, Thesēa, acropolis Athenarum.

Cecropia, urbs Atticae inter Acharnam, Eleusin et Thriasium Campum, quam dicunt esse unam duodecim urbium a Cecrope conditarum, quas postea expugnavit Theseus.

Cecropĭdae i. q. Athenienses; Cecropis, idis, sc. femina i. e. Atheniensis, Cecropis sc. terra i. e. Attica, Cecropius i. e. Atheniensis et ex Attica.

Cedrosia, Cedrōsis Regio, Gedrosia, Asiae regio, quae sita est inter Carmaniam et Indiam, ac Persis olim paruit. Terra ad mare sterilis, cetera aromatum ferax. In ea Cyri, Semiramidis et Alexandri exercitus malis urgebantur gravissimis. H. *Makeran, Macran, Mekran, Mukran*, aliis *Circan*; incolae Cedrōsi, Gedrosaei, Gedrosii, Gadrosi.

Celaenae, urbs Asiae in Phrygia Magna ad Marsiam, et propinqua Maeandri fontibus. In ea Marsiam cum Apolline tibiarum cantu decertasse tradunt; adj. Celaenaeus.

Celeja, Celeja Claudia, Cilleja, urbs Norici ad Savum; h. *Cilli, Cilley*; adj. Celejensis et Cillejensis.

Celemantia, opp. Quadorum in Germania ad Danubium; h. nonnullis *Calmintz*.

Celendĕris, urbs Asiae Min. in Cilicia Aspera ad mare posita. Conditorem ejus faciunt Sandacum, Syrum, eoque Samii coloniam deduxerunt. Regio Celenderitis cum oppido cognoscitur ex Plinio, munitum castellum appellat Tacitus. Hod. varie vocatur, *Palopoli, Crioncro, Canderola, Kelnar*.

Celendĕris, Celendris, oppidulum Argolidis ad Sinum Saronicum, ubi Troezenis portus erat. Ibi Thesuem natum esse ac Martem Amazones vicisse narrant. In pugnae loco templum ejus erat.

Celeusus, Celeusum, urbs Vindeliciae ad Danubium; hod. aliis *Kehlheim, Kellheim* - Celtae Domus, Kellhemium, al. *Neustadt*, al. *Oetling*.

Celia, Caelium, Aelium Municipium Caelium Antonianum, urbs Apuliae Peucetiae inter Egnatiam et Netium; h. *Cegli*; adj. Caelinus.

Celidnus v. Celydnus.

Cela, urbs Ilergetum, sec. alios Edetanorum in Hispania Tarrac. ad Iberum; h. *Xelsa*; incolae Celsenses.

Celtae, gens maxima in Europa, et unus ex primariis Galliae Transalp. populis, qui serius in Galliam Cisalpin. et Hispaniam atque in Britanniam irruperunt, et cum Thracibus commixti usque ad Danubii ostia et Hellespontum extendebantur, atque adeo in Asiam commigrabant. Adj. Celticus.

Celtibēres, Celtiberi, Hispaniae Tarrac. pop., qui a Celtis, Iberis mixtis, originem ducebat; adj. et subst. Celtĭber, ēra, ērum; adj. Celtibericus et Celtiberius.

Celtiberia, Hispaniae Tarrac. regio, Edetanis, Ilercaonibus, Ortospeda monte, Ibero, Tajo, Carpetanis et Oretanis terminata; h. e. *Theil v. Aragonien, Navarra u*

Alt-Castilien, u. e. Theil v. Neu-Castilien.

Celtici, pop. Hispaniae Lusit. juxta Anam sedens; fere ubi h. *Alentejo*; adj. Celticus.

Celticum Prom. v. Artabrum Prom.

Celydnus, Celidnus, Epiri in Orestide amnis. Fontes habet in Ceraunii Montibus, atque iisdem Aoum fluv. et Aulonem Portum in Jonium Mare funditur; h. *Salnich.*

Cemelium, Cemenēleum, Cemenelum, Vediantiorum in Alpibus Maritimis Galliae Narbon. opp.; ubi h. *Cimiez in d. Grafschaft Nizza.* Ibi amphitheatri et Apollinis templi ruinae videntur; adj. Cemenelencis.

Ceminŏris, is, urbs Syriae in Amano monte sita.

Cemmenus Mons v. Cebenna.

Cenadium v. Canadium.

Cenaeum, promont. in Euboea ins. ad septentrionem. Contra Jovis Cenaei ara. H. *Capo Litar* s. *Canajas.*

Cenchreae, urbs Achajae in Isthmo Corinthiaco. Tam varie scribitur, ut, quae vera sit scriptio, vix discernere possis. Non minori varietate locum designant. Fuit autem opp. parvum cum nobili portu ad sinum Saronicum, quo maxime utebantur negotiatores Asiatici; h. *Kenkrie*, al. *Cenchreo*, al. *Karch*; adj. Cenchreensis.

Cenisius Mons, *d. Berg Cenis, Mont Cenis in Savoyen.*

Cenomānum, Cenomani, Cenomanorum Civitas; Cenomania, Vindinum, opp. Cenomanorum in Gallia Celt. ad Sartam fluv.; h. *Mans*; adj. Cenomanensis.

Centauri, pop. Thessaliae ad Ossam et Pelium habitans, qui primi equos domare atque ex iis pugnare coeperunt; quo factum est, ut a vicinis populis conspecti, partim humana, partim equina membra habere crederentur; unde iidem Hippocentauri dicti sunt. Eos ab Hercule victos interfectosque Diodor. Sic. narrat. Adj. Centaurēus et Centauricus.

Centauropolis, locus munitus Thessaliae in Ossa monte, quem Centauri incoluisse videntur.

Centrites, Armeniae Maj. fluv., qui Carduchos permanat, atque in Tigridem ingreditur; h. *Chabour* s. *Khabur.* Ad hunc Salmanassar decem Israelitarum tribus collocavit.

Centrōnes, pop. Galliae Narbon. inter Nantuates, Allobroges et Isaram fluvium; ubi hod. Prov. *Tarantaise.*

Centrōnes, Galliae Belg. pop., qui in Nerviorum tutela erat; fort. ubi h. *Namur* u. *Hennegau.*

Centrōnum Civitas, Forum Claudii, Daruntasia, Tarantasia, Monasterium in Tarantasia, Centronum metropolis in Gallia Narbon. ad Isaram; h. *Moutiers.*

Centum Cellae, Centumcellae, urbs Etruriae, cum qua Trajani Portus conjunctus est, ubi Trajanus Imper. villam habebat splendidissimam; h. *Civita Vecchia* — Civitas Vetus.

Centuripa, Centuripae, Centuripina Civitas, Centuripinum, Siciliae opp., cujus incolae plerosque circa Aetnam agros colebant, reique rusticae habebantur peritissimi. Cicero eam multo maximam totius Siciliae et locupletissimam urbem vocat. Nobilitata est croci et salis purpurei proventu. Eam in bellis civilibus eversam fuisse, inde colligunt, quod ab Augusto instaurata est. In eadem natus est Celsus H. *Centorbi.* Incolae Centuripini.

Ceos v. Cea.

Ceparum s. Cepae Promontorium, Crommiu Acris, idem prom. in septentrionali ora Cypri ins.; h. *Capo Cormachetti.*

Cephallenia, Cephalene, Epirus Nigra s. Melaena, Graeciae ins. in Mari Jonio. Hanc Homerus Sames vel Same nomine tantum memorat. Postea invaluit nomen vulgare Cephallenia, quod a Cephalo, Dejonei filio, dicunt. Insulae situm contra Acarnaniam et Leucada indicant, ejusque circuitum XLIV M. P. dant. Homeri aetate sub ditione Ulyssis fuit; in bello Peloponn. in potestatem Atheniensium venit. Philippus invasit, Aetolis eripuit M. Fulvius a. V. DLXIII. Montosa fuit, vitibus tamen consita, tulitque plures urbes. H. *Cephalonia*; incolae Ce-

phallēnes et Cephallenii; adj. Cephalenius.

Cephalenia, urbs primaria insulae cognominis, quae sicut ins. etiam Same s. Samos dicitur; sita erat ad bosporum, qui insulam ab Ithaca separabat. A. Romanis capta atque diruta est.

Cephaloedium, Cephaloedis, Cephaledum, urbs in septentrionali Siciliae ora inter Panormum et Apolloniam; h. *Gefalu*; incolae Cephaleditani.

Cephisia, Cephissia, una ex duodecim urbibus Atticae, ad Cephissum fluv., quas Cecrops condidit; h. quibusdam *Kissia*; incolae Cephisienses.

Cephissis v. Copais.

Cephissus, Cephisus, Graeciae in Phocide fluv., qui prope Lilaeam urbem ad Oetae radices oritur, apud Anchoum in Boeotiae finibus magno cum strepitu submergitur, et mox emergens in Copaidem Lacum effluit; h. quibusdam *Gavrios*; adj. Cephissius et Cephisis s. Cephissis, idis, f.

Cephissus, Peloponnesi in Argolide fluv., qui ab Inacho excipitur; h. *Cefisso*.

Cephisus (Cephissus), Atticae fluv., qui prope Phylae fontes habet, et inter Piraeum et Eleusin in Saronicum Sinum egreditur. Cognominis alter illoque major ad occidentem Athenarum et prope Piraeum murum in mare effunditur. H. *Podhonista* quidam eum vocant; adj. Cephisias, ădis f. poet.

Cepi, Κήποι, urbs ad Bosporum Cimmerium in ora Asiatica. Conditores faciunt Milesios, et nomen haud dubie nacta est a regionis amoenitate; h. *Kepil*.

Cepiana, Caepiana, urbs Hispaniae Lusitaniae in Celticis inter Mirobrigam et Caetobricem; h. *Pinhel* - Pinelium, Pinelum.

Ceramĭcus Sinus, ad oram Cariae sinus, qui nomen ab urbe Ceramo traxit; h. *Golf* di *Stanco* od. Cos, al. *Meerb. von Castel Marmora*.

Cerămus, urbs maritima Cariae inter Halicarnasum et Bargasam.

Cerăsus, untis, postea Pharnacēa et Pharnacĭa, urbs in Ponto Cappadocio ad mare posita, quae sec. Xenoph. Cyr. Sinopensium colonia fuit. Innotuit haec urbs eo, quod cerasa ante incognita inde in Italiam devexit Lucullus in bello Mithridatico, et dubitatur, utrum nomen ab urbe, an contra natum sit; h. *Kürisonte*, *Kieresoun*, *Cerasonde*.

Ceraunia, Cerynia, urbs Achajae ad orientem Oleni, una ex duodecim Achaici conventus civitatibus. Ibi templum erat Eumenidum, ab Oreste conditum.

Ceraunii Montes, Ceraunia, orum, montes Epiri in Chaonia, in australibus Illyridis Graecae finibus. Nomen acceperunt a crebro fulminum ictu. Quidam vocant Acroceraunios Montes; extrudebant nimirum promontorium. Altissimis Europae montibus annumerantur, qui nautis etiam admodum periculosi erant. Distinguendi sunt ab iis, qui inter Pontum Euxinum et Mare Caspium et qui in Africa orientali ponuntur. H. *Monti de Chimera*.

Ceraunium v. Caucasiae Pylae.

Cerbălus, Apuliae fluvius. Oritur in Apenninis, atque apud Sipontum in Uriam Sinum effunditur; h. *Cervaro* - Cervarus.

Cercasōrum, Cercesura, urbs Aegypti Inferioris. Hinc Nilus scinditur, fluitque in Pelusiacum et Canopicum ostium a dextra et sinistra parte medius per Delta. H. *Ecsas*, al. *El-Arcas*.

Cercetae, pop. Sarmatiae Asiat. ad Pontum Euxinum et Caucasi radices, Heniochis finitimi; fort. ubi h. *Circassien*, *die Circassier od. Tscherkess*.

Cercĭna, Circinna, ins. in ora Africae Propriae. Portum habuit et urbem cognominem, fuitque ferax, inprimis acantho; huic insulae perparva versus Carthaginem, Cercinitis, ponte juncta erat, atque hodie illa *Kerkeni* esse putatur, haec *Gamalera*; incola Cercinites.

Cercinitis Palus, Macedoniae in Bisaltia lacus in Edoniae finibus, quem Strymon perfluebat; h. quibusdam *Mamara*.

Cercōpes, incolae Aenariae s. Pithecusae insulae, quos Jupiter in simios commutasse traditur.

Ceresius Lacus, Ceresium Stagnum v. Lacus Ceresius.

Alt-Castilien, u. e.
stilien
Celtici, pop.
juxta Anam seden
tejo; adj. Celticu
Celticum P
Prom.
Celydnus.
in Orestide an
Cerauniis Mo
Aoum fluv. e
Jonium Mare
Cemelíu
menelum,
Maritimis (
h. *Cimiez*
amphithea
nae vide
Cemi
Amano
Cem
Cer
Cer
ins.
cum
naei
C
Istl
bit
vi
v.
t
r
Zur-
ii ma-
cujus
Galliae
Cap de
Portas.
Narbon.
Hispaniae
ejusdem
Zerbera in
Achajae.
Asiae Min.
Fontes habet
Pergam alluit,
et h. *Ka-*
Dudem.
Aelium Ce-
Ripensis, quod
ornatum et mu-
est; h. *St. Pöl-*
in Mysia Maj. flu-

Pergamum interfluit atque
ungitur.
as Mons, in Norico, qui a
fontibus usque ad Danubium
Pannoniae Super. fines extendi-
h. *Kalenberg.*
tobrica, Cetobriga v. Ca-
Chabōra, (Chabor,) Chaboren-
Castellum, communitus in
Mesopotamia locus ad Chaborae et
Euphratis confluentem.
Chabōras, Abōras, in S. L.
Chebar, Assyriae amnis in Masio
monte ortus, qui apud Circesium
Euphrati miscetur; h. nonnullis *El-*
Khabour, *Chabur.*
Chabrius, Macedoniae fluv. in
Chalcidice, Anthemum praeterla-
bitur atque in Thermaicum Sinum
influit; h. *Chabria od. Cilabro.*
Chaeronēa, (Cheronaea,) urbs
Graeciae in Boeotia ad Cephissum
fluvium. Prope illam Philippus cum
Alexandro filio exercitui Graecorum
cladem attulit et Sulla Archelao.
Eadem Plutarchi natalis locus fuit.
H. al. *Scrupi*, al. *Caprena*, *al. Che-*
ronea; incolae Chaeronenses.
Chalcēdon, Chalcedonen-
sium Civitas, Chalcedonia,
Calchedon, Procerastis, opp.
Asiae in Bithynia ad Bosporum
Thracium, e regione Byzantii. Me-
garensium erat colonia. A Persis
destructa serius effloruit. Sub Gal-
ba Imp. a Scythis eversa, a Valente
Imp. muris suis privata, post a Ju-
stiniano instaurata est, a quo Justi-
nianae cognomen accepit. Seculo V.
Christianorum contra Eutychum con-
cilium oecumenicum ibidem ha-
bebatur; postea in vicum exiguum
decrevit. Eadem Xenocratis philoso-
phi fuit patria. H. *Chalcedon*, Tur-
cis *Kadi Kevi*; incolae Chalcedonii,
adj. Chalcedonius.
Chalcia, Chalce, insula Spo-
radum in Mari Aegaeo, Plinio in
Carpathio. Habuit urbem cognomi-
nem, portum et templum Apollinis;
h. *Calchi od. Caravi*, al. *Charki.*
Chalcidice, regio Macedoniae
australis, inter Strymonicum et
Thermaicum Sinus, cujus caput erat
Chalcis.
Chalcidice, Chalcidene, Sy-
riae regio inter Chalybonitidem,

Cyrrhesticam, Orontem et Apameen sita, ferax frugum; cujus urbs primaria erat Chalcis.

Chalcidicus Mons, in Sicilia prope Messanam; h. *St. Rizi.*

Chalcis ad Belum v. Chalcis Syriae.

Chalcis, Hypo-Chalcis, Graecae in Aetolia opp. ad Eveni o tium et Chalcidis montis radices; h. quibusdam *Galata.*

Chalcis, urbs primaria Euboeae ins., quae, quod plures Chalcides urbes fuerunt, etiam Chalcis Euboeae s. Euboica dicitur. Sita erat ad Euripum contra Aulidem in Boeotia, ac duplici ponte in freto juncta erat continenti. Olim dicta est Stymphalus, tum Euboea et Halicarna. Ejus origo ultra Trojana tempora quaerenda est. Curetes olim habitarunt. Natura et manu erat munitissima. Olim rexerunt eam Hippobŏtae, locupletes urbis cives. Opes ejus ex bellis cum Atheniensibus gestis et deductis coloniis intelliguntur. Clari ejus cives erant Isaeus orator, et Lycophron poeta. In eadem Aristoteles vita excessit. H. dicitur Italis *Negroponte*, Turcis *Egribos od. Egripos*; adj. Chalcidicus, Chalcidensis et Chalcidicensis.

Chalcis, opp. Macedoniae in Chalcidice ad Chabrium flumen.

Chalcis, Chalcis ad Belum, urbs Syriae in Chalcidice; h. *Kinnesrin, Chinserin.*

Chalcitis, ins. Propontidis in faucibus Bospori Thracii, aurifodinas habens.

Chalcodonicus Mons, Thessaliae in Pelasgiotide mons, non procul Pheris distans.

Chaldaea, Chaldaeorum Terra, Babyloniae pars ad Africum sitae, terminatur Euphrate et Sinu Persico, sensu latiori Babyloniam quoque complectitur; h. *Chaldäa*; regio deserta et sterilis; incolae Chaldaei; adj. Chaldaicus et Chaldaeus.

Chaldaei, in Babylonia; ita dicebantur inprimis, qui Astronomiae atque Astrologiae operam dabant, Magorum genus, unde apud Ciceronem Chaldaicae rationes.

Chalus, Chalys, fluv. Syriae in Cyrrhestica, qui Berocam perfluebat atque apud Chalcidem in lacum effunditur. In hoc pisces esseinsignes magnitudine ac miti mansuetoque ingenio tradunt. Eos, inquit Xenopon, deos esse putabant Syri, neque injuria affici patiebantur. Quidam eum h. *Kawik s. Kowalk* dicunt.

Chalusum, urbs Germaniae septentrionalis prope Mare Balticum, quam nonnulli h. *Klütze* vocant.

Chalusus, Dravenna, fluv. Germaniae, qui Chalusum opp. alluit; h. *Trave.*

Chalybes, pop. Asiae Min. in Ponto prope Thermodontą fluvium. Eorum regio ferri abundantia innotuit. Ubi n. regio *Keldir.*

Chalybon, in S. L. Helbon s. Chelbon, metropolis Chalybonitidis in Syria, quae vini praestantia inclaruit; h. quibusdam *Mauria*, aliis *Kennesrin.*

Chaonia, regio Epiri, quam Ceraunii Montes mediam secant, H. *Canina*, al. *Cimara*; incolae Chaŏnes, Chaonii, Chaonitae; adj. Chaonius, Chaonicus, Chaonis, idis, f., (poet.)

Charadrus, Epiri fluv. in Cassiopia, qui in Thesprotiae finibus ortus in Sinum Ambracium emanat; h. *Zalongos.*

Charadrus, Ciliciae Asperae prope Nephelin et Cragum montem urbs maritima; h. *Charadro.*

Charax, Charax Pasini, urbs Persiae in Susiana ad intimum Sinus Persici recessum inter Tigrim et Eulaeum fluvios, quae regioni Characenes s. Characes nomen dedit, H. *Camata*, al. *Karem.*

Charax, urbs Chersonesi Tauricae; h. *Cara Kaja.*

Charidemum s. Charidemi Promont., Hispaniae Baet. prom.; h. *Capo de Gata.*

Chariatus, Charicis, Charientis, Asiae in Colchide fluv., XC. stadiis a Phasi situs; h. *Samasa*, al. *Tamasa.*

Charoneae Scrobes, Charonēum, quod Strabo Plutonium nominare videtur, fauces apud Hierapolim in Phrygia, unde mortiferae exhalationes sursum ferebantur.

Charybdis, in Freto Siculo ad

escanam, cui in Italiae littore ylla fere opposita est. Sunt hia- terrae vel maris vorticosi, quo ire absorbetur; quondam navibus riculosi; h. quibusdam *Calofero* et *Rena*,

Chatti v. Catti,

Chauci v. Cauci.

Chelidoniae Insulae, Pam- ylii Maris ad oram Lyciae insu- . Alii eas petras et rupes e ma- prominentes vocant, terribilem epitum ex fluctuum allisione entes. Plerique numero tres, alii inque memorant: quae hodie sint, n constat, etsi situs ex veteribus n obscurus et dubius est. Nomen ctae videntur, quia scopuli fre- entibus hirundinibus hieme per- giunt praebent. Positae erant con- a aut juxta Sacrum Promontorium, iod Plinio Chelidonium est.

Chelidonium Promonto- um, Sacrum Prom., Tauri rom., in Lycia; h. *Cap Chelidoni d. d. Heilige Vorgebirge.*

Chelonātae, ae, Chelonates, helonites, prom. Elidis, unde eloponnesus maxime ad occiden- m excurrebat, et distabat ab Ache- i ostiis CCLXXX, ab Araxo prom. XL stadiis. H. vocatur *Capo Forse*, et Turcis *Clemoutze*.

Chelonophăgi, Aethiopiae po- ulus in desertis locis inter Aegy- tum et Sinum Arabicum degens.

Chelŏnophăgi, pop. Carmaniae erae in Gedrosiae finibus prope laris Erythraei oram.

Chemmis s. Chemnis, insula a lacu Butico in Aegypto Infer., uae Apollini erat sacra. Hanc ve- eres natare opinabantur. H. *Ak- min*; incola Chemmius et Chemnites.

Cherrŏne, Cherronēsus He- aclea; Cherronesus Hera- leotarum Oppidum, postea Cherson, urbs Chersonesi Tauri- ae ad occidentem, Colonia erat Heracleae Ponticae, quam Romani Mithridati eripuerunt. Hodie in ru- nis jacet, ubi nunc locus *Gurtschi*; divis Cherronesītes; adj. Cherronensis.

Cherso, ōnis; Chersonium, *Cherson od. Kerssan in Russl. am Dniper.*

Chersonēsus v. Chersonesus Thraciae.

Chersonēsus, Argolidis in Peloponneso prom. inter Epidaurum et Troezenen; h. *Capo Chersonisi.*

Chersonēsus Aurea, Aurea Terra, prius Sophira, fort. Ophir in S. L., pars australis Indiae extra Gangem in Mare Indicum prominens, inter Sinum Primulicum atque insulas Anthropophagorum sita; h. *Malacca.*

Chersonēsus Carica, paeninsula Cariae inter Sinum Ceramicum et Doridis, in qua Cnidus erat posita.

Chersonēsus Cimbrica, Germaniae septentrionalis paeninsula supra Albim fluvium, cujus pars extrema versus boream Cartris dicebatur, a Saxonibus, Cimbris aliisque populis habitata; h. *Jütland, Schleswig u. Holstein.*

Chersonēsus Magna v. Chersonesus Taurica.

Chersonēsus Parva, Chersonesus, paeninsula vel munimentum Aegypti Infer. in Mareotide.

Chersonēsus Taurica, Taurica, Taurica Terra (poet.), Chersonesus Scythica, Chersonesus Magna, Taurorum paeninsula, quam Pontus Euxinus et Palus Maeotis alluunt, atque isthmus, cui Taphrus inest, continenti jungit; h. *Krim, Taurien* - Chersonesus Crimaea, Tartaria Crimaea s. Precopensis: incolae Tauri, quorum nomen a *Thor*, audax, derivant. Plerique Scythas eos faciunt. Hinc Scythotauri memorantur.

Chersonēsus Thraciae, Chersonesus Thracica, quae absolute et simpliciter Chersonesus s. Cherronesus appellari solet, paeninsula Thraciae inter Melam Sinum et Hellespontum, Thraciae conjuncta isthmo XXXVI stadiis lato, quem Macron - Tichos claudebat ac defendebat. Ex ea Miltiades Thraces expulit Atheniensium colonis eo deductis. H. *Halbinsel d. Dardanellen od. Gallipoli*; incolae Cherronenses.

Chesinus, Chesynus, fl. Sarmatiae Europ.; h. *Duna, Duina*, aliis *Perna*, Russis *Lowat.*

Chimaera, unus ex septem verticibus Cragi montis in Lycia prope Phaselin, qui noctu flagrat. Nota est fabula de Chimera monstro flammas evomente, quam Bellerophon occidisse fingitur.

Chimaera, castellum Epiri in Chaonia ad radices Cerauniorum montium; h. *Chimera*, *Himara*.

Chimārus, Chimarrus, Peloponnesi in Argolide fluv. prope Lernam, qui Phryxo miscetur.

Chinaphal, Chinnaphal, Chinnalaph, Mauretaniae Caes. fluv. inter Apollinis Promont. et Caesaream, prope quam in mare mittitur; h. aliis *Assara*, al. *Schelif*.

Chinnereth Mare v. Gennesaret.

Chios, Chius, insula Sporadum ad Asiam. Prisca ejus nomina sunt Aethalia, Macris, Pityusa. Chios dicta est a Chione Nympha, vel a nive, vel a Chio, Oceani filio. Incolas ejus alii Pelasgos, alii Leleges faciunt. Posita est inter Samum et Lesbum ex adverso maxime Erythrarum. Multi commemorant urbem cognominem cum portu ad montem Pelinaeum (h. *Spartonda*), in quo Jupiter Pelinaeus colebatur. Alium insulae portum, Phanas, cum templo Apollinis memorat Strabo, et cognomine promontorium Livius. Laudantur in Chio lapidicinae marmoreae, vinum inprimis Ariusium, cujus ambrosios succos laudat Silius Ital.; hodiernum tamen vinum a prisca laude defecit. Insula fuit opulentissima, classem habuit, et C. naves in bello Persico Graecis praebuit. Tulit cives claros, Jonem tragoedum, Theopompum historicum et Theocritum sophistam; praeterea civem jactant Homerum et *Ananato* pagum hodie ostendunt, ubi natus fuerit, vineamque Homeri in vicinia vocant. H. *Scio*, Turcis *Sakes Adassi*. Incolae Chii; adj. Chius.

Choaspes, Persiae fl. in Susiana, qui ortus in Media in Pasitigrim infunditur; cujus sola aqua Persarum reges, quoquo profecti erant, utebantur. H. *Kerrah od. Kara-Su*.

Chotimia, Chotinum, *Chocim*, *Chotim*, *im südl. Russl. am Dniester*.

Chronus, Chronius, fluv. in Sarmatia Europ.; h. *Pregel* - Pregella; al. *Memel*, *Niemen*, Memela, Nemenus.

Chryse, ins. Asiae in mari Eoo. Quae sit atque ubi sita sit, veteres discrepant, alii eam circa Gangem, alii extra Indi ostium, alii ad mare Equm ponunt. Quidam *Javam* esse putant.

Chrysa, Chryse, urbs Troadis cum Apollinis Sminthei templo.

Chrysocĕras, atis, urbs Thraciae prope Byzantium, quam quidam *Pera* esse putant.

Chrysopolis, Asiae in Bithynia urbs maritima supra Chalcedonem cum portu spatioso. Ex eo loco X. M. Graecorum reversa trajecerunt Byzantium; h. *Scutari*.

Chrysorrhŏas, Amana, Abana, Bardines, Coelesyriae fluv., qui in Amana monte oritur et Damascum interfluit; h. al. *Barady*, al. *Goutah*.

Chrysorrhŏas v. Pactolus.

Chulli v. Collops Magnus.

Chytri, Chytrus, Chitrus, mediterranea urbs Cypri ins., quam h. *Chitri*, al. *Palaeo - Chitro* dicunt.

Cia v. Cea, Ceos.

Ciābrus, Ciambrus, Cebrus, fl.; in Haemo monte fontes habens Moesiam Super. ab Infer. dividit et, Danubio miscetur; h. *Ischia*, *od. Zibriz*.

Cibălae, Cibalis, antea Ad Labores, urbs Pannoniae Infer. inter Sisciam et Mursam. Ibi Constantinus Licinium vicit.

Cianesus, Cianeus, Colchidis fluv., qui supra Phasidem in Pontum Euxinum illabitur; quibusdam *Cianidzkhali*.

Ciāni, incolae urbis Cii in Bithynia.

Cibinium, urbs Daciae Mediterr. ad Alutum fluvium sita; h. *Hermannstadt*, *früher Zeben* - Hermannopolis, Hermanni Villa; adj. Cibiniensis.

Cibōtos v. Apamea.

Cibyra, Cibyra Magna, Cibyrra, Cibyratica Civitas, opp. Phrygiae Maj. in Lyciae et Cariae confinio, propinqua Maeandro fluvio. Lydorum erat colonia et primum dynastarum imperio regebatur aequisque legibus gaudebat. Deinde in Romanorum potestatem redacta non minus, quam antea

commerciis florebat. Terrae motu eversam Tiberius Imper. refecit, ac jure latino et numos procudendi ornata Caesareae nomine signari coepit, et hodie *Buruz* vocatur. Incolae Cibyratae; adj. Cibyraticus.

Cibyra Minor s. Parva, urbs Asiae in Pamphylia inter Mylam et Eurymedonta fluvios; h. *Iburar* dici putant.

Cicŏnes, pop. Thraciae, juxta oram maritimam atque inter Ismarum Lacum et Lissum fluvium sedens, cujus regio Ciconia dicebatur.

Cicŏnum Mons, Ismara, mons Thraciae apud Cicones.

Cicynēthus, Aegaei Maris insula. Hanc alii ante Pagasaeum Sinum ponunt, alii in ipso sinu. H. *Estillon* s. *Stritser*, al. *Pontico*.

Cilicia, Asiae Min. regio australis Cypro ins. opposita. Nomen deducunt a Cilice, Agenoris filio. Secundum Strabonem facta divisione dicebatur vel aspera, lapidosa, vel campestris. Alii vero divisione illa omissa Ciliciam continuam unamque a Pamphylia ad Syriam producunt. Cilices periti nautae, sed rei nauticae abusu piratae facti, eorumque mores improbi in proverbium abierunt. H. magna pars *Caramaniae*. Liberi hujus terrae incolae dicebantur Eleutherocilices, Graecis etiam Ἐλευθερίται dicti. Incola Cilix; adj. Ciliciensis, Cilicius, Cilissa (poet.), unde Cilissa Terra i. q. Cilicia.

Ciliciae Pylae, Tauri Pylae, angusta inter montes via ex Cappadocia in Ciliciam ducens, qua Alexander inde profectus est eoque rediit.

Cilla, urbs Aeoliae ad Sinum Adramittenum. Hanc Pelops, Tantali filius, condidisse fertur, ut Cilli aurigae, eo loco mortui, memoriam ad posteros propagaret. Ibi Apollinis templum erat ab eodem exstructum; h. *Zelleti*.

Cimaculum v. Comaclum.

Cimbri, gens Germanica in Chersoneso Cimbrica. Quae cum permultos populos subegisset, centum fere annis, Plutarcho auctore, Sarmatiam et Germaniam permigravit, Italiam invasit atque a Mario et Catulo plane victa et oppressa est. Adj. Cimbricus et Cimber, bra, brum.

Cimbria Parva, Imbri Fimbria, *Ins. Femern in d. O see*.

Cimbria, *Dänemark*, v. Cher nesus Cimbrica.

Ciminius Lacus v. L. Cim nius.

Cimmerii, populus ad borea Ponti Euxini in Sarmatia Euro vicinus Chersoneso Tauricae; secun dum Herod. et Strab. inter Tana et Alutam fluvios; adj. Cimmeriu

Cimmerii, pop. Italiae in Camp nia prope Bajas, qui in antris vive bat (secund. fabulam in tenebri atque in arte metallica versabatu adj. Cimmerius.

Cimmerium, opp. Cimmeri rum in Campania, Arverno Lac propinquum.

Cimmerium, Chersonesi Tauricae opp., quod Cimmerii aedificasse dicuntur; h. *Eski-Krim*.

Cimmerium Promontorium, in Sarmatia Asiat. ad Paludem Maeotida prope Vardani ostium; h. *Capo St. Croce*.

Cimōlis, idis, Cinolis, urbs Paphlagoniae ad Pontum Euxinum. Memoratur ibi emporium et navium statio; h. *Kinoli, Kinuli*, al. *Ginopoli*.

Cimōlus, Echinussa, ins. Sporadum in Mari Aegaeo. Innotuit terra sigillata et alba; h. *Argentiere od. Kimoli*; adj. Cimolius.

Cinăra, Cinarus, ins. Sporadum in Mari Aegaeo. Nomen a cynara vel cinara traxit. Plinius eam cum Lero et Sicino jungit. Erat aspera et sterilis. Cactus, Romanis carduus, hic crescebat, inter edulia numeratus. H. *Artichaut*.

Cinga, Hispaniae Tarrac. in Ilergetibus flumen, quod in Pyrenaeis ortum et Sicori mixtum in Iberum effunditur; h. *Cinca*.

Cingari, (Zingari), *d. Zigeuner*.

Cingenteratum v. Tingentera

Cingŭlum, opp. Italiae Propr in Piceno. Belli civilis Caesariae tempore a T. Labieno munitum est Aliud Cingulum dicitur Florentinum, ut ab hoc Piceno distinguatur. H. *Cinguli*; incolae Cingulani adj. Cingulanus.

.m, opp. in Baleari Majore paniam Tarrac.; h. *Cala*

.olis v. Cimolis.

.yps, yphis, Cinyphus, Ma- .m, fl. Africae in Regione Syr- in Charitum monte oriens. Re- .is, per quam fluit, fertilitatem .ulti veterum praedicant. H. *Wa- i Quaham od. Wadi Quama*; adj. inyphius.

Cios, fluv. Moesiae Infer., qui in hodope monte ortus; in Danubium .it; h. *Esker, Iskra.*

Cios, Cius, urbs Bithyniae ad inum Sinum. Varios ferunt con- litores, nomenque, quod varie de- ecant. Circumfluebat eam fluvi- s cognominis, et eversa a Philip- , Persei patre, instaurata est a Pru- , qui eam Prusiada appellavit; h. *ublic, Ghio*; incolae Prusien- , ium; adj. Prusensis et Prusien- .

Circaeum s. Circejum Promontorium, Circaeus Mons, Volscorum in Latio mons et prom.; *Monte Circello, Circello.*

Circeji, Circes Oppidulum, rbs Volscorum in Latio non pro- a Palude Pomtina. Sita fuit in rcaeo monte s. promontorio. Qui- am insulam Circejos faciunt. An- quum fuit oppidum, quo Tarqui- ius Superbus colonos misit, quibus mpulsis Coriolanus liberam urbem adidit Volcis a V. CCLXVI. Ibi uit Circes templum, cujus sedes in cinia fuisse dicitur. Vestigia ur- is sunt, ubi h. *Citta Vecchia*, alii *Circello* vocari dicunt. Incolae Cir- enses; adj. Circaeus.

Circesium, Circessum, Circusium, in S. S. Carchemis, opp. Mesopotamiae in angulo situm, quem Chaboras fluv. cum Euphrate facit; a Diocletiano communitum est; h. *Kirkesia.*

Circoniensis Lacus, *der Circnitzer od. Czirknitzer See in Crain.*

Circonium, *Cirknitz in Crain.*

Circumpadani, Galli, qui sub Romanorum regibus Alpes transgressi in utraque Padi ripa consederant, quo in Cispadanos et Transpadanos segregabantur; adj. Circumpadanus.

Cirrha, Graeciae in Phocide opp. ad Sin. Crissaeum. Nomen a Cyrrha Nympha derivatur antiquitusque fuit Crissa. Navale Delphorum fuit, cum Cirrhaei victi essent. Notus est Cirrhaeus Campus, quem devicto populo Amphyctiones devoverunt. H. *Asprospiti.*

Culăro, Cularona, urbs Galliae Narbon. in Allobrogibus ad Isaram fluv. Hanc Gratianus instauravit, unde post Gratianopolis dicta est; h. *Grenoble*; incolae Cularonienses.

Culmen Ursi, Ursulus, *d. Splügerberg in d. Schweiz.*

Culpa v. Colaps.

Cuma, Cyme, Cymae, urbs Asiae in Aeolide. A Myrina Amazone institutam narrant; alii Cymen, Amazonum ducem, conditorem faciunt, unde etiam Amazonium quidam appellant. Utrum ante vel post Trojanum bellum condita sit, incerto est. Aeoliarum urbium maximam et optimam praedicant portumque ejus commemorant. In claris civibus eminent Hesiodus et Ephorus, Isocratis discipulus. H. creditur *Foja Nauova*; sec. al. *Nemourt*, al. *Castri*; cives Cumaei.

Cumae, Cume, Cyme, es, Cymaea Urbs, Italiae in Campania oppidum. Originem traxit a Chalcide Euboica, unde Virgilio Chalcidica Arx dicitur. Strabo Cumas omnium Sicularum et Italicarum a Graecis deductarum coloniarum antiquissimam dicit et nomen a κύμα derivat. Post a Graecis captam urbem tenuerunt Campani, a. V. CCCXXXV. Sita erat in edito colle et munita: opulentia ejus praedicatur. Civitas Cumanis data, sed primo sine suffragio, deinde municipes facti sunt. Ab iis Sibyllae cognomen Cumanae fuit et Ciceronis praedio Cumano. A Neapolitanis eversa in ruinis jacet, locus tamen nomen *Cuma* servat. Incolae Cumani; adj. Cumanus, Cumaeus et Cymaeus.

Cumānus Sinus, in Campania ab urbe Cumis nominatus; h. *il Golfo di Napoli.*

Cumbria, *Cumberland*, *Grafsch. in England*

Cunetio, Cunetia, Margaberga, urbs Atrebatiorum in Britannia Rom.; h. *Marlborough*, *Marleberg.*

Cuneum Promont., St. Mariae Prom., Hispaniae Lusit. in Cuneo Agro prom.; h. *Cabo di St. Maria in Portugal.*

Cuneus Ager, extrema Hispaniae Lusit. regio australis ad Mare Atlanticum, inter Anam fl. et Promont. Sacrum; h. *Algarve* - Algarbia.

Cupra, urbs Italiae Propr. in Picentibus, quae maritima s. littorea vocatur, ut discernatur a montana quae itidem in Piceno sita erat. Habuit templum Junonis, quod Hadrianus restituit. H. al. *Benedetto* al. *Ripa Transona*; incolae Cupremses; adj. Cuprensis.

Curdistania, Curdia, *Curdistan*, *Landsch. in Asien.*

Curensis Amnis, Currens Flumen, Sabinae fl., qui Curae praeterfluebat atque Tiberi miscetur; h. *Correse.*

Cures, ium, Curis, is, Italiae Propr. in Sabina opp. primarium Tito Fatio et Numa Pompilio alumnis nobile. H. al. *Vescovio*, al. vicus *Correse.* Incola Cures, ētis, Quiris, itis, Curetes, Quirites; adj. Curensis.

Curētes et Curetis v. Creta.

Curia, Curia Rhaetorum urbs Saruentium in Rhaetia; h. *Chur.*

Curicta, Cyractica, ins. Illyrici in Sinu Flanatico, cujus urbs pr

maria Curictum s. Curicum (*Veglia*) ficitur; h. *Veglia*.

Curium, Curias, adis, urbs Cypri ins. portu instructa prope promont. cognomine, Argivorum colonia; h. al. *Piscopia*, al. *Audimo*; incola Curicus et Curias, f.

Curonia, Curlandia, *Prov. Curland in Russland*; incolae Curones; adj. Curonensis, Curonicus.

Curonensis s. Curonicus Lacus, Curlandiae Sinus, *d. Curische Haff in Ostpreussen*.

Curonensis Paeninsula, *d. Curische Nehrung od. Niederung zw. d. Ostsee u. d. Cur. Haff*.

Cursus Achillis v. Achilleos Dromos.

Curta, urbs Araviscorum in Pannonia Infer. Danubio adjacens; h. quibusd. *Curtakoes*.

Cutiae v. Cottiae.

Cutiliae, Cutilia, urbs Italiae in Sabinis, quam Oenotrii condidisse feruntur. In ea Vespasianus e vita excessit; h. quibusdam *Contigliano*, al. *Civita Ducale*.

Cutiliensis Lacus, Cutiliae Lacus, in Sabina apud Cutiliam urbem, cujus aquae nervis ventriculoque salubres habebantur. In eodem insulam esse silvosam narrant, quae commoveatur et natet.

Cutina, urbs Vestinorum in Italia, quam Brutus Cos. cepit.

Cyane, es, fons Siciliae apud Syracusas, qui in Anapum influit; h. rivus *Pisma*.

Cyaneae Insulae, contra Thracium Bosporum sitae. Asiatica adjacebat Chalcedoni, Europaea Byzantio. Symplegades etiam vocantur. In poetis maxime Argonautarum transitus celebratur, quo facto constiterunt. Angusto intervallo a continenti absunt et petrae potius sunt, quam insulae, quas nautae *le Puvosare*, incolae *Jareaces* appellant.

Cyaneus, Glaucus, Colchidis fluv., qui Phasidi jungitur; h. *Cicabo*, al. *Abascie*.

Cybĕla, orum, Cybele, es, urbs Phrygiae. Ab ea vel monte Cybele nomen traxit.

Cybĕle, es, mons Phrygiae Magnae; adj. Cybelēius.

Cybistra, orum, urbs Cappadociae Magnae in Tyanitide ad Argaei montis radices, apud quam Cicero castra habuit; h. *Busterch*.

Cyclădes, Aegaei Maris insulae. Circa Delum in orbem sitae sunt, unde et nomen traxerunt. In eorum numero singularumque nominibus discrepant auctores. Ab initio numerabantur XII, quibus post aliae accesserunt. Item eorum spatium extendunt. Inter primos harum insularum incolas in universum referendi sunt Phoenices et Cares: post Graeci plerasque occuparunt, atque in his primum Athenienses, deinde Lacedaemonii. H. quibusd. *Isoli dell' Archipelago*.

Cyclōpes, Siciliae populus circa Aetnam, qui unum sec. fabulas in fronte oculum habebat, Vulcanique comes erat; adj. Cyclopĭus, Cyclopeus, Cyclopicus.

Cyclōpum Scopuli, Cyclopea Saxa, tria saxa ad orientalem Siciliae oram; non longe a Catana distantia; h. *Faragliani*.

Cydāmus, urbs Africae in Regione Syrtica; h. *Ghedamez*.

Cydna, urbs Macedoniae in Pieria prope Aliacmonem fluv. et mare. Eandem esse putant, quae Pydna vulgo vocatur, unde etiam Pydnaeus. Postea Citrum dicta est. Apud illam a. V. DLXXXV. Perseus, rex Macedonum, a Paulo Aemilio Cs. devictus est; h. *Citros*.

Cydnus, Asiae Min. in Cilicia Campestri fluvius, qui in Tauro monte fontes habet, Tarsum interfluit atque apud Rhegma in mare effunditur. Notus est Alexandri M. vitae periculo, qui in perfrigida ejus aqua se lavaturus paene interisset, atque etiam epulis, quibus ad ejus ostium Cleopatra Antonium excepit. H. al. *Kara-Su*, al. *Baradan*.

Cydonia, Cydonea, Cydon, ōnis, urbs Cretae ins. Antea dicta est Apollonia. Cydoniae nomen derivatur a Cydone, Apollinis filio. Minoem conditorem faciunt atque a Samiis amplificatam esse tradunt. Sita erat ad mare et Laconicam spectabat, habebatque portum clausum. Opulenta fuit atque incolae solertia in aptandis arcubus inclaruerunt; hinc Cydonia spicula, arundo. Nota sunt quoque mala Cydonia. H. putatur esse *Canea*; incolae Cy-

D.

Daae, Dahae, Dai, unus ex celeberrimis Scythiae populis, in quorum sede discrepant auctores, plerique eum inter Oxum fl. et Hyrcaniam ponunt. Sec. Strabonem erant vel Aparni vel Pisculi vel Xanthii; h. al. *die Usbeckischen Tatarn*, al. ubi *Chorasan od. Daghistan*.

Dablis, Dablae, Dables, um, Asiae in Bithynia oppidum.

Dabrōna, Hiberniae fluv.; h. *Blackwater*; al. *More*.

Dachinabades, regio Indiae intra Gangem; h. fere *Golconda in Decan*.

Dacia, Europae regio, cujus fines erant Pannonia Infer. et Jazyges Metanistae, Carpates M. et Danubius. A. p. C. CVI. a Trajano in provinciae formam redacta est. Dividitur in Daciam Alpensem, Mediterraneam et Ripensem. H. *Siebenbürgen, Moldau, Wallachei u. d. Buckowine*; incolae Daci - nunc Transsilvani, Moldavi, Walachi; adj. Dacus, Dacius, Dacicus.

Dacia Trajani, Dacia Provincia; h. fere *das Bannat Temeswar*.

Daedăla, orum, Daddala, orum, locus munitus in Caria ad Sinum Glaucum, ubi Daedalum morsu serpentis interiisse narrant.

Dahae et Dai v. Daae.

Daix, icis, Oarus, fl. Scythiae intra Imaum. In Norossis montibus ortus Jaxartae fluv. immittitur; h. *Iaik s. Ural*.

Dalmatia, Delmatia, Illyrici regio ad Superum Mare sita, quae a Titio usque ad Trinium amnem protenditur, atque a Pannonia et Moesia Super. Bebiis et Scodro M. sejungitur. Montosa erat atque aurifodinas continebat. Dividebatur in Maritimam et Mediterraneam; h. *das Kön. Dalmatien u. d. nordw. Albanien*. Incolae Dalmătae, Delmatae, Dalmatii, Delmates; adj. Dalmaticus, Delmaticus, Dalmatensis.

Dalmium, Delmium, Delminium, Dalminum, Delmatarum Urbs, in Dalmatia ad Naronem, opp. inter Heronam et Ac quod Scipio Nasica expugn evertit a U. DXCVIII; h. *I in Bosnien*; al. *Cenna*.

Damalis, urbs maritim niae inter Chalcedonem et polim. Ibi Jo tranatasse, e lis, Charetis Atheniensis ux ta esse dicitur.

Damascus, Damasc Oppidum, Damasceno tropolis, in S. L. Dar urbs primaria Coelesyriae sorrhoam fluv. in Damasc ne. Sita est in planitie vel nissima et fertilissima et myxorum, quam Cl multis canalibus irrigat. quissima ac multis templ que magnificis splendida.

Damiata, Damiati tha, *Damiette, Damiat, ägypten am Nil*; adj. Da

Damnonium s. Prom., Britanniae Rom niis s. Dumnoniis prom. h. *Cap Lezard*.

Danai, posteri Da li, qui, cum Aegypto guo decertans, ab hoc fugit ibique consedit, apud Ciceronem sunt. A poetas Graeci, qui ab Danaidae nominantur;

Danapris v. Bory

Danaster v. Tyra

Dania, *d. Kön. Dä* Danigenae; *d. Dänen*; v. etiam Chersonesus

Danica Silva, *Landsch. in Schleswig*.

Daniçum Fretur nicum,

Dantiscum v. G

Danubius, ma fluvius tribus fontib bam montem in C hanc a Vindelicia e git, Pannoniam pe a Moesia utraque quam sexaginta flum partem navigabilibu veterum sententian in Pontum Euxinu.

Cyrrhestĭca, Cyrestica, Cyrrhestice, rectius quam Cyrrhestica, regio Syriae septentrionalis, inter Euphratem, Commagenen, Seleucidem et Orontem; h. *in Pasch.* oppo.

Cyrrhus, Cyrro, Cyrrus, yrus, urbs amplae magnitudinis caput Cyrrhesticae, quae regioni nomen indidit. Non confundenda m Cyrrho Macedoniae, a qua rrhestica Minerva dicitur, quod illa urbe templum Minervae Alexandri M. jussu exstructum est. Inde autem cultus migravit in Syriam, bi templum Cyrrhesticae Minervae memorat Strabo. Nostra ab altera Macedoniae nomen traxisse videtur. e illa natus erat Cassius Avidius, ui contra Marcum Antoninum rebellavit. Ruinas ejus h. quidam *Cyrus* nominant, al. *Quars.*

Cyrus, Cyrrhus, Cyrnus, yro, Asiae fluv. In Coraxicis montibus inter Armeniam et Iberiam rtus in planitiem incidit, quae inter Armeniam et Colchidem est, tum er Albaniam fluit, multos amnes navigabiles excipit, atque XII. ostiis in Caspium Mare effunditur. H. *Kur, Kemori.*

Cyrus, Mediae fluv., qui Atropatenen perfluit atque in Hyrcanum mare egreditur.

Cyrus, Corus, Persiae fluv. in Cretacene. A Cyro rege pro Agrasato sic appellatus est. In Sinum Persicum se exonerat; h. *Pisindon.*

Cyta, Cytaë, urbs Colchidis interioris prope Phasidem fluv. Nata hic fuit Medea; h. fort. *Kutais*; adj. Cytaeus et Cytaeis, idis f.

Cytaea, Cytaeum, opp. Chersonesi Tauricae mari propinquum; h. ejus ruinae vocantur *Soudag.*

Cytaeum, Cithaeum, opp. Cretae ins. inter Apolloniam et Panormum, prope Cnossum; h. *Sethia*, Settia - Settia.

Cythēra, orum, serius Cythera, ae, ins. ad Peloponnesum Cretam versus. Antea Porphyris dicta est. Nomen Cytherae a Cythero, Phoenicis filio, deducunt. Phoenices olim tenuerunt, post Argivorum fuit ditionis, deinde Lacedaemoniorum, quibus eripuerunt Athenienses, incolis alio translatis. Tulit olim urbem cognominem cum portu, locusque, ubi urbis rudera reperiuntur, appellatur *Pajopolis.* Incolas pecuniae cupidos et industrios ipsamque terram fertilem laudant. Sacra fuit Veneri, quae templum a Phoenicibus ibi conditum habuit, ubi hod. castrum vile Venetorum cernitur; nunc ins. *Cerigo*; adj. Cytherēias, ădis, Cytherēous, Cytherēis, Cytherēus, Cytheriacus; Cytherēia et Cytherēa i. e. Venus.

Cythnus, ins. Cycladum in Mari Aegaeo, olim Ophiusa et Dryopis dicta; inclaruit Cydia pictore. Ob aquas calidas creditur esse h. *Thermia*; aliis *Calchi.*

Cythnus, urbs insulae cognominis; h. *Thermia*; cives Cythnii.

Cytōrus, Cytoros, Cytorum, urbs Paphlagoniae. Condidit eam Cytisorus, Phryxi filius. Portu erat instructa, et Sinopensium olim emporium. H. *Kutros, Kütros, Kotru, Gydras*; al. *Castello.*

Cytōrus, mons Paphlagoniae; adj. Cytoriacus et Cytorius.

Cyzĭcum, urbs Asiae in Mysia Min. ad Propontidem. Alia antiquitus gessit nomina, hoc ei imposuit Cyzicus, qui e Thessalia Dolionēs adduxerat, atque hinc Dolionum rex vocatur. Sita fuit ad duos pontes, quibus insula continenti jungebatur. Mithridatis obsidionem fortiter sustinuit, qua per Lucullum liberata est. Exigua ejus restant vestigia, in quibus amphitheatrum; stetit prope *Antaki*; alii *Chizico*, al. *Mirabilla* locum vocant; incolae Cyzicēni; adj. Cyzicenus.

Cyzĭcus, Dolionis Insula, Propontidis ins. ad oram Mysiae Min., quam Alexander pontibus duobus continenti junxit; h. *Chizico.*

runt; h. al. *Biala-Castro*, al. *Vigla* dicitur; adj. Deceleensis.

Decetia, Decitia, Galliae Lugdun. ad Ligerim opp.; h. *Dezise*.

Decem Pagi, Decempāgi, urbs Mediomatricorum in Gallia Belg., inter Tabernas et Divodurum posita; h. *Dieuze*.

Deciātes, Deceates, Deciatii, Galliae Narbon. populus, juxta maritimam oram inter Forum Julii et Varum fluv. circa Deciatum sedens.

Deciātum, Deceatum, Deciētum, opp. Galliae Narb., finitimum Liguriae et Varo flumini, sec. Melam inter Antipolim et Nicaeam; h. *Desitze*.

Decii Ara, locus in occidentali Moesiae Infer. parte. Ibi Decius Imper. cum filio, contra Gothos pugnans, cecidit.

Dei s. Deorum Facies v. Euprosopon.

Delas, Sillas, Silla, Assyriae fluvius. In Zagro monte ortus Artemitam permanat et prope Ctesiphontem Tigridi jungitur; h. *Diala*.

Delium, Boeotiae oppidulum in ora maritima inter Aulidem et Asopi ostium situm, cum Apollinis templo, ad exemplum Delii exstructo, et Latonae atque Dianae statuis; h. *Dramisi*.

Delmatae v. Dalmatae.

Delminium v. Dalmium.

Delus, Delos, Graeciae ins., quae Cycladum media habetur. Dicta est olim Cynthia, Ortygia, Asteria, Lagia etc. Delus appellata est vel a genitura, vel a vaticiniis, vel quod post diluvium Ogygium, cum tenebris alia laterent, ipsa prima apparuerit, sole collustrata. Sita fuit ad Rhenēam, quo incolae defunctos transportare solebant. Apollinis et Dianae natalibus inclaruit splendidoque Apollinis templo, in quo artificiosa ara, ex cornibus compacta, inter septem mundi miracula referebatur. Ibi Apollo colebatur missis in Delum legationibus, ludis, quos quinto quoque anno agebant. In ea Graeci commune aerarium deponebant. Etsi arida erat et saxosa, tamen commoditas portus et sinus mercatum adjuvabant. Habuit plures urbes. Hodie antiqui splendoris multa reperiuntur vestigia, et tot tantique marmoris acervi, ut novae urbi temploque sufficere videantur. Notandus porro mons Cynthus. Olim Cares tenuerunt, post Athenienses. A Persis incolae benevole tractati sunt. In bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus submoti Adramytteum in Asia concesserunt, paulo post tamen reducti. A Romanis, qui insulam Mithridati eripuerunt, a. U. DLXXXVIII, Atheniensibus tradita est; quo facto insulani in Achajam commigrarunt. Cum Rhenea vocatur h. *Dili*, *Delos*, nautis *Sdilli*; incolae Delii; adj. Deliacus, Delius; Delus, poet.

Delphi, opp. Graeciae in Phocide. Olim παρνάσια νάπη, Parnasia Vallis, a Parnaso, monte vicino dictum est, tum Pytho, denique Delphi, quod alii ab Apolline, in delphinem mutato, alii a Delpho, Apollinis filio, ducunt. Situm erat in austrina Parnasi parte, in cujus vertice fanum et urbs fuit, non muris sed praecipitiis defensa, Cephisso flumine praeterfluente. Oraculo inclaruit, quod commune generis humani vocat Livius, et ludis Pythicis. In eodem Amphictyones vero tempore, ut Anthelae autumni, de publicis rebus deliberaturi, conventus agebant; h. *Castri*; cives Delphi; adj. Delphicus, Delphiticus, Delphis, idis, f.

Delphi, Delphium, Delfi, Delfum, *Delft*, *in Südholland*.

Delphinātus, Delfinatus, *ehem. Prov. Dauphiné in Frankr.* Delphinates, um, *die Einw.*

Delphini, Delphinos, Delphini Portus, urbs Liguriae; h. *Porto Fino im H. Genua*.

Delta, n., Aegypti Infer. pars inter Phathneticum et Bolbitinum Nili ostium, dictum a triangulari forma, quam a Nilo accipit; h. *Insel Delta*, al. *Mahelek*.

Delta v. Patlene.

Demetrias, ădis, urbs Pelasgiotidis in Thessalia ad Pagasaeum Sinum in Magnesiae finibus. Demetrii Poliorcētae opus erat atque Macedoniae regum sedes; h. quibusdam *Dimitriada*.

Demetrium, Demetrion, opp. Thessaliae in Magnesia, sec. al. i

num ejus nomen Matoas fuit, ubi inferiora pervenit, sec. Ptol. inab urbe Axiopoli, Ister vocatur; *Donau*; adj. Danubianus.

Danum, urbs Brigantum in Britannia Rom.; fort. h. *Doncaster*.

Daphne, es, Daphnae Peluae, Taphne, Taphnae etc. stellum in finibus Aegypti Iur. ad Pelusiacum s. Rubasticum Nili ium; h. *Safnas, Saphnas*.

Daphne, urbs Syriae in Seleucide Orontem. Ibi Daphne Apollinis plexus fugiens in laurum converest. Loci amoenitas, aquarum pia, coelique temperies luxuriae ram praebuit, unde natum proerbium: Daphnicis moribus agere. ope eundem locum erat Daphnis Lucus s. lauretum LXXX. adiorum in circuitu, Apollini et anae sacrum, cujus nulla nunc stigia extant, in eoque Apollinis aphnaei fanum. H. *Brit-el-Mas. Brit-el-Maa.*

Daphnus, urbs mari propinqua ocridis, prius Phocidis, inter Siam Opuntiam et Oram Epicnemiorum.

Darapsa, Adrapsa, urbs Perae in Bactriana; h. quibusd. *Balkan*.

Dardania, regio Troadis, quae postea Mysiae accessit; incolae Dardani et Dardanii; adj. Dardanius, Dardānus, Dardanis.

Dardania, Dardānus, Dardanum, Dardanium, urbs Dardaniae ad Rhodii fl. in Hellepontum tium, a Dardano, Teucri genero, ondita. In hac Sylla cum Mithridate pacem confecit.

Dardania, Moesiae Super. regio Orbelo et Scodro montibus, Pelagonia et Agrianis terminata; h. *d. Sandsch. Skopia od. Uskub in Servien*; incolae Dardani.

Dardania, urbs Hispaniae Tarrac. in Cantabris ad Nervam fl. sita; h. *Orduna*.

Dardānus, mons Hispaniae Tarrac., Dardaniae vicinus; h. *Penna di Orduna*.

Darvernum, Davennum, Durovernum, Cantuaria, urbs Cantiorum in Britannia Rom.; h. *Canterbury*; adj. Durovernensis et Cantuariensis.

Dascȳlos, Dascylēum, Dascylĭum, urbs Bithyniae ad Propontidem, prope Dascilitidem s. Dascilim lacum; h. quidam *Diaschilo od. Diasquillo*, alii *Montagne* dicunt.

Dassarētae, Dissaritae, Dassaretii, Illyridis Graecae pop. ad occidentales Macedoniae fines, inter Parthinos, Penestas et Apsum fluv. habitans, cujus regio Dassaretia dicebatur; h. *im Osten von Albanien*.

Datum, Datos f., urbs Thraciae australis, inter Nessi ostium et Neapolim ad Pangaeum Montem; h. *Cavalla*; adj. Datenus.

Daulis, idis, Daulia, Daulium, Dauliorum Urbs, Phocidis ad Parnasi radices opp. in monte positum, inter Chaeroneam et Delphos, notum fabula de Philomela, Procne et Tereo. Minervae templum habuit; h. vicus *Daulia od. Daulia*; incolae Daulii; adj. Daulius, Daulias, ădis, et Daulis, idis.

Daunia s. Dáuni Regnum, Daunias, adis, poet., Ital. Infer. regio inter Frentonem et Aufidum fluvios. Fuit pars Japygiae s. Apuliae, ex tribus illis, quae eam constituebant. Strabo Japygiae incolas fuisse narrat Sallentinos, Calabros, Peucetios, Daunios, post Calabros omnem regionem ab incolis dictam esse Apuliam. In constituendis horum populorum terminis auctores valde fluctuant. H. fere ubi *Terra di Bari* et *Capitanata*; adj. Daunius, Dauniăcus.

Daventria, Devonturum, *Deventer in d. Niederlanden*.

Dea Augusta v. Augusta Dea.

Dea Vocontiorum v. Augusta Dea.

Deborus v. Doberus.

Decapolis, Decapolitana Regio, Decapolitanus Tractus, regio Palaestinae ad boream, et sita ad occasum Hippi monti; sub Romanorum ditione Coelesyriae adjecta est; incolae Decapolitani.

Decelia, urbs Atticae, circiter CXX stadiis Athenis ad boream distans, prope Cephissi fontes, quam Cecrops condidisse fertur. Hanc Spartani auctore Alcibiade munive-

runt; h. al. *Biala-Castro*, al. *Vigla* dicitur; adj. Deceleensis.

Decetia, Decitia, Galliae Lugdun. ad Ligerim opp.; h. *Dezise*.

Decem Pagi, Decempāgi, urbs Mediomatricorum in Gallia Belg., inter Tabernas et Divodurum posita; h. *Dieuze*.

Deciātes, Deceates, Deciatii, Galliae Narbon. populus, juxta maritimam oram inter Forum Julii et Varum fluv. circa Deciatum sedens.

Deciātum, Deceatum, Deciētum, opp. Galliae Narb., finitimum Liguriae et Varo flumini, sec. Melam inter Antipolim et Nicaeam; h. *Desitze*.

Decii Ara, locus in occidentali Moesiae Infer. parte. Ibi Decius Imper. cum filio, contra Gothos pugnans, cecidit.

Dei s. Deorum Facies v. Euprosopon.

Delas, Sillas, Silla, Assyriae fluvius. In Zagro monte ortus Artemitam permanat et prope Ctesiphontem Tigridi jungitur; h. *Diala*.

Delium, Boeotiae oppidulum in ora maritima inter Aulidem et Asopi ostium situm, cum Apollinis templo, ad exemplum Delii exstructo, et Latonae atque Dianae statuis; h. *Dramisi*.

Delmatae v. Dalmatae.

Delminium v. Dalmium.

Delus, Delos, Graeciae ins., quae Cycladum media habetur. Dicta est olim Cynthia, Ortygia, Asteria, Lagia etc. Delus appellata est vel a genitura, vel a vaticiniis, vel quod post diluvium Ogygium, cum tenebris alia laterent, ipsa prima apparuerit, sole collustrata. Sita fuit ad Rhenēam, quo incolae defunctos transportare solebant. Apollinis et Dianae natalibus inclaruit splendidoque Apollinis templo, in quo artificiosa ara, ex cornibus compacta, inter septem mundi miracula referebatur. Ibi Apollo colebatur missis in Delum legationibus, ludis, quos quinto quoque anno agebant. In ea Graeci commune aerarium deponebant. Etsi arida erat et saxosa, tamen commoditas portus et sinus mercatum adjuvabant. Habuit plures urbes. Hodie antiqui splendoris multa reper tur vestigia, et tot tantique mar ris acervi, ut novae urbi temple sufficere videantur. Notandus p mons Cynthus. Olim Cares te runt, post Athenienses. A P incolae benevole tractati sunt bello Peloponnesiaco ab Athen bus submoti Adramytteum in concesserunt, paulo post tam ducti. A Romanis, qui insulam M dati eripuerunt, a. U. DLXXX Atheniensibus tradita est; quo insulani in Achajam commigr Cum Rhenea vocatur h. *Dili los*, nautis *Sdilli*; incolae Deli Deliacus, Delius; Delus, poet

Delphi, opp. Graeciae in de. Olim παρνάσια νάπη, Parnas lis, a Parnaso, monte vicino est, tum Pytho, denique quod alii ab Apolline, in del mutato, alii a Delpho, A filio, ducunt. Situm erat in na Parnasi parte, in cujus fanum et urbs fuit, non m praecipitiis defensa, Cephiss ne praeterfluente. Oraculo ruit, quod commune generis ni vocat Livius, et ludis cis. In eodem Amphictyon tempore, ut Anthelae autum publicis rebus deliberaturi, tus agebant; h. *Castri*; civ phi; adj. Delphicus, Del Delphis, idis, f.

Delphi, Delphium, Delfum, *Delft*, *in Südholl*

Delphinātus, Delf *ehem. Prov. Dauphiné in* Delphinates, um, *die Einw.*

Delphini, Delphino phini Portus, urbs Lig *Porto Fino im H. Genua.*

Delta, n., Aegypti In inter Phathneticum et Bo Nili ostium, dictum a tr forma, quam a Nilo accipi *Insel Delta*, al. *Mahelek*.

Delta v. Patlene.

Demetrias, ădis, urbs tidis in Thessalia ad P Sinum in Magnesiae finib metrii Poliorcētae opus er Macedoniae regum sedes; h. dam *Dimitriada*.

Demetrium, Demetri Thessaliae in Magnesia, s

Phthiotide ad sinum Maliacum; h. *Dentria* quidam vocant.

Deobriga, urbs Autrigonum in Hispania Tarrac. prope Iberum; h. *Miranda de Ebro.*

Deodatum, Theodata, *Dotis* od. *Tata in Ungarn.*

Deorum Currus, Θεῶν Ὄχημα, Atlantis occidentalis montes altissimi; fort. h. *Sierra Leona.*

Deorum Insulae, Hispaniae Tarrac. e regione Promont. Artabri, ins., quarum sec. Plin. sex, sec. Ptol. autem duae sunt; h. putantur esse d. *kl. Bayonischen Inseln.*

Deorum Portus, Divini Portus, plur., Mauretaniae Caes. urbs portu instructa, inter Sigam et Cartennas posita; h. al. *Arzen*; al. *Marzal-Kibir.*

Derbe, es, Derbae, urbs Asiae Min. in Lycaonia et Isauriae finibus ad Anti-Tauri radices, sedes Antipatri, tyranni et Ciceronis amici; h. *Deribia*; incola Derbes, ētis.

Derbices, Derbiccae, Derbii, Derbissi, Dercebii, Dercebi, pop. Persiae in Margiana Hyrcaniae finitimus, in utraque Oxi ripa habitans.

Derris, Derrhis, prom. Macedoniae in Sithonia ad Toronaeum Sinum; h. *Cap Drepano.*

Dertōna, Dertona Colonia, Dertona Julia, Derthon, Derton, urbs Liguriae; h. *Tortona*: adj. Dertonensis.

Dertōsa, Municipium Dertosa, Colonia Julia Augusta Dertosa, Julia Illergavonia Dertosa, Hispaniae Tarrac. opp. ad Iberum, mari vicinum; h. *Tortosa.*

Deserta Bojorum, Pannoniae Super. regio, a Travo fluv. usque ad Cetium montem pertinens. Nomen a Bojis habet, qui in Bojohemum migraverant.

Deucaledonius Oceanus, rectius Ducaledonius, v. Caledonium Mare.

Deuriōpos, regio Macedoniae in Paeonia inter Axium et Erigonem fluvios; incolae Deuriopi.

Deva, Deuna, Cestria, Corioriorum in Britannia Rom. urbs primaria; h. *Chester.*

Develtum, Deultum, Develtus Colonia, Colonia Flavia Pacensis Deultum, opp. Thraciae prope Pontum Euxinum; h. *Zagora od. Develto.*

Devona v. Divona.

Devonturum v. Daventria.

Dia v. Dea Augusta.

Dia v. Naxus.

Dia v. Dium.

Dia, Standia, insula in Cretico Mari, vicina Cretae septentrionali orae; h. *Standia.*

Diamuna fl. v. Jomanes.

Dianium, Graecis Artemisia, ins. Tyrrheni Maris prope Igilium et contra Cosanum littus in Etruria; h. *Gianuti.*

Dianium, Aphrodisium, Hemeroscopion, opp. Hispaniae Tarrac. in Contestanis positum ad Dianium Prom., quod Massiliensium opus esse narrant; h. *Denia*; cives Dianenses.

Dianium, Artemisium, Ferraria, Hispaniae Tarrac. promont. ad Sucronensem Sinum e regione Ebusi insulae; h. *Cap Martin*, incolis *Artemus* dictum.

Diarrhytus v. Hippo-Diarrhytus.

Dibio v. Divio.

Dicaea, Dicaeae, Dicaeopolis, urbs Bistonum in Thracia prope Bistonidem lacum; h. *Bauron.*

Dicaearchia v. Puteoli.

Dictaeum Antrum, specus in orientali Cretae parte atque, ut probabile est, in Dicte Monte, Jovi sacratus, in quo Rhea filium suum celasse Saturnum fabulantur.

Dictamnum, Dictynna, urbs Cretae ins. ad caurum sita, prope Dictamnum Prom. Ab ea dictamnus s. dictamnum nomen invenit, herba vulneribus sanandis utilissima; h. *Dictamo.*

Dictamnum, Dictynnaeus Mons, prom. Cretae ins. ad caurum situm. A Dictynna Nympha, quae ibi colebatur, nomen adeptum est. Circa idem Dianae Dictynnae templum erat.

Dicte, Dictaeus Mons, in orientali Cretae parte, Jovi sacer; h. *Lasthi*, *Lassiti.*

Dictynna v. Dictamnum.

Didattium, Dola, Dolum,

urbs Galliae Belgicae in Sequanis ad Alduabim fl.; h. *Dole.*

Didȳma, Sidyma, Sidymorum Civitas, urbs Lyciae, Crago vicina; incolae Didymi.

Didȳme, Didymae, una ex Aeoliis Insulis ad Siciliam, a figura dicta fertur; quippe in duas rupes s. colles distincta. Vitium frugumque fuit feracissima. Ignis vestigia in faucibus apparent. H. *Salini, Saline.*

Didymotychos, urbs Thraciae ad Hebrum fluv.; h. *Demotica, Dimotika.*

Digentia, parvus Sabinae fluvius, qui Horatii villam alluebat atque in Anienem exibat; h. al. *Licenza*, al. *Rio del Sole.*

Diglito s. Diglath v. Tigris.

Diluro v. Eluro.

Dindȳmus Mons, Mysiae Min. prope Cyzicum mons, Rheae sacer, unde etiam Dindymēne vocatur, cujus ibi templum erat, ab Argonautis exstructum.

Dindȳmus s. Dindyma, orum, mons altissimus Galatiae in Phrygiae finibus apud Pessinuntem, Cybelae sacratus.

Diocaesarea, urbs Cappadociae Magnae in Garsauria; h. *Tisaria.*

Diocaesarea, Ciliciae Tracheae opp. prope Calycadnum fluvium.

Dioclēa, Doclēa, metropolis Docleatarum in Dalmatia, Diocletiani natalibus clara; h. al. *Medon*, al. *Antibarum*; cives Docleatae.

Diolcus, Graeciae regio, quae angusto tramite Helladem Peloponneso annectit, Megarensium tractus. Nomen accepit ἀπὸ τῶν ὁλκῶν i. e. a machinis, quibus trahebant naves inter Cenchreas et Lechaeum portum. H. nominari solet *Hexamili* s. *Examiglia.*

Diomedēa, Diomedia, Diomedis Insula, Trimetus, Teutria, maxima insularum Diomedearum; quarum Strabo duas, Ptolom. quinque memorat; in Mari Supero contra littus Apulum sita. Celebratur tumulo et delubro Diomedis, et maxime Diomedis avibus, quas erodios dicunt; in eadem Julia, Augusti neptis, diem obiit; h. *St. Domingo*; nunc tres numerantur, quae omnes *Isole di Tremiti* nominantur.

Dion, Dium, Colonia Diensis, Colonia Julia Augusta Diensis, Diensis Urbs, op. Macedoniae in Pieria ad Sinum Thermaicum; h. *Katrina.*

Dion, Dium, Macedoniae Chalcidice urbs, mari vicina, Athonis radices.

Dionysopolis, urbs Phrygiae Magnae prope Juliopolim; h. Ne incolae Dionysiopolitae.

Dionysopolis v. Cruni.

Dioryctos, Dioryctus, lo est Acarnaniae trium stadiorum longitudine, ubi Leucadia insula op accolarum aut fluctibus maritim a continenti abscissa est.

Dioscorias, adis, Dioscuria serius Sebastopolis et Soteropolis, urbs Colchidis in flexu Adriatico Ponti Euxini, in Heniochis. Nomen ejus fluxit a Dioscuris, qui Argonautarum expeditione Pont ingressi sunt, atque a pluribus hujus urbis conditores feruntur. H aliquando tam celebris fuit, ut Themosthenes, teste Plinio, trecentas nationes dissimillimis linguis in eam descendisse prodiderit, quod frequentis commercii causa factum est. *Iskuriah, Isgaur*; al. *Suvatopoli.*

Dioscorĭdis Insula, Erythr Maris magna insula ad Arabiam; al. *Socotora*, al. *Mazira* s. *Mazeira*

Diospolis, Diospolis Parva Jovis Oppidum, urbs Nomen Diospolitae in Thebaide ad occidentalem Nili ripam; h. vicus *How* s. *Hou.*

Diospolis v. Cabira.

Diospolis v. Laodicea ad Lycum.

Diospolis v. Lydda.

Diospolis Magna v. Theb in Aeg.

Diospolis Parva v. Diospolis.

Dirce, fons Boeotiae prope Thebas, qui in Ismenum influebat. Nomen reperit a Dirce, Lyci, Thebarum regis, conjuge. Ad eum Pindari aedes positae erant; adj. Dircaeus.

Diritōdis, idis, Terēdon, onis urbs Babyloniae. Ibi Alexandri classis appellebatur. H. in ruinis jacet prope *Balsoram.*

Dium, Dia, urbs Euboeae in maritima ad caurum sita; h. *Agia.*

Dium v. Dion.

Divini Portus v. Deorum Portus.

Divio, Diviodunum, Divionense Castrum, Dibio, urbs munita Lingonum in Gallia Belg.; Dijon; adj. Divionensis, Dibionenses.

Divodūrum, Divodurum Mediomatricorum, Mediomatrici, Meti, Mettii, Mettis, is, Metae, Mettae, Metensis urbs etc. Mediomatricorum caput in Gallia Belgica Mosellae adjacens; v. Metz; cives Metenses, Mettenses, um; adj. Mettensis.

Divōna, Devona, Devonna, Dibona, rectius quam Bibona, post Cadurcum, Cadurcus, Caturci, metropolis Cadurcorum in Gallia Aquitan.; h. *Cahors*, ubi amphitheatri Romani rudera videntur; adj. Cadurcus et Cadurcensis.

Dobĕrus, Debōrus, urbs Macedoniae in Paeonia, ad boream Bellae sita; h. *Devret-Hissar*, al. *Debra*, *Dibri*.

Dodōne, Dodona, passim Dodon, urbs Epiri. Alii ponunt in Thesprotide, alii in Molosside, quod olim sub Thesprotorum potestate fuit, post ad Molossos venit, qui praeter alios Epirum olim tenebant. Varias nominis causas adferunt, quarum probabilior ducta est a Dodone, Epiri fluvio. Hanc urbem condidisse videtur Deucalion, cum post diluvium e Thessalia eo venisset. Ibi in querceto ad Tomarum montem celeberrimum Jovis templum erat, cum antiquissimo Graeciae oraculo, unde Jupiter nominatus est Dodonaeus. Praeter oraculum memoranda haec urbs est aëre Dodonaeo. Stabant nempe duae columnae vicinae, in quarum altera erat pelvis aerea, in altera pensile pueri simillacrum, manu flagellum aereum tenentis, quod vento impulsum pelvim feriebat et longum tinnitum edebat. Hinc Dodonaeum aes de garrulo homine. Quidam ejus situm h. ignorari dicunt, al. *Heleni-Mon*, al. *Proskynitis* vocant; incola Dodonigena, poet.; adj. Dodonaeus, Dodonius et Dodonis, f.

Dolchinium v. Olcinium.

Dolichē v. Icaria.

Dolīche, Dolicha, urbs Thessaliae in Pelasgiotide, quae cum Azoro et Pythio Tripolitanam Regionem complectebatur; h. *Tschala*.

Doliŏnes, populus Mysiae circa Cyzicum, inter Rhyndacum et Aesepum fluvios.

Doliŏnis, Dolionia, Mysiae regio Aesepo propinqua; adj. Dolionius.

Doliŏnis, idis, i. q. Cyzicum.

Dolŏpes, um, populus Dolopiae in Thessalia vel potius Epiro, in Pindi montis ad Africum declivitate; adj. Dolopēius, Dolopēis, idis.

Domitiopŏlis, Dometiopolis, urbs Ciliciae Trachene in Seleucide prope Isauriae fines.

Dora Baltea v. Duria Major.

Dora Riparia v. Duria Minor.

Doris, idis, regio Cariae inter Sinum Ceramicum et Sinum Doridis, quam Cares incolebant ante, quam Dores ex Hellade ibi consederant; incolae Dores.

Doris, idis, Helladis regio, Phocide, Oeta monte, Aetolia et Locris Ozolis terminata. In ea Cephisi fontes sunt; incolae Dores, um, Dorienses; adj. Doricus, Doriensis, Doris, idis; Dorius, Dorus, poet.

Doriscus, Thraciae castellum non procul Hebri ostio, et juxta illud magnus campus, itidem Doriscus appellatus, in quo Xerxes copias suas mensus est sic, ut myriadem in unum locum cogeret, quem circulo circumscripsit ac septo ad circuli modum cinxit, quo alias deinceps myriadas metiretur. H. videtur esse *Tusla*, al. *Dyme*.

Dorilovaria v. Durnovaria.

Dorostĕrum, Dorostorum, Durostorum, Durosterum, Durosterŏn, Dorostolus, Dorostena, urbs Moesiae Infer. ad Istrum, in qua legionis XI. Claudiae erat statio; h. *Silistria*.

Dprovĕrnia v. Darvernum.

Dorsum Tridentinum, d. *Berg Dos b. Trient*.

Dorus fl. v. Echedorus.

Dorylaeum, Doryleium, Dorylaeium, opp. Phrygiae Epicteti ad Bathyn fluv.; h. *Eski-Shehr*; cives Dorylaei, Dorylenses; adj. Dorylaeus.

Dovonia v. Dubris.

Belgicae in Sequanis
fl.; h. *Dole.*
Sidyma, Sidymo-
as, urbs Lyciae, Crag
liae Didymi.
, Didymae, una
ulis ad Siciliam, a fi
rtur, quippe in duas
es distincta. Vitium
uit feracissima. Ign
aucibus apparent.
ae.
notychos, urbs T
um fluv.; h. *Demot*
utia, parvus Sa
ii Horatii villam
Anienem exibat
al. *Rio del Sole.*
lito s. Diglat
ro v. Eluro.
dȳmus Mons
Cyzicum mons
etiam Dindym
i templum er
structum.
ndȳmus s.
altissimus G
us apud Pes
ltus.
iocaesar
mae in G
iobaes a
prope
iocle
cleŭtarii
natalib
Antiba
Diole
usto
o
hien
hin
r
.
.

s, adis, opp. vel cas
stinae in Samaria ab
in Drusi, Liviae, Aug
s, filii, honorem exstru
somagus, urbs Vindeli
Bruisheim, al. *Memmingen*,
um in Rhaetia.
rymaea, Drymae, Dryn
rymos, urbs Phocidis prope
ssum. Cereris templum habe
que Thesmophoria ibi celebra
ur; h. *Dadi.*
Dryŏpes, um, Doridis *in G*
cis Propr. pop., *juxta dextram*
phissi ripam sedens, qui partim
Epirum, partim in Boeotiam *migrav*
Dryopolis v. Alcimoenum.
Dubis, Dubius v. Alduabis.
Dubris, is, Dubrae, *Dub*
Dubris Portus, Ad Portu
Dubris, Cantiorum in Britan
Rom. opp. ad Fretum *Britannic*
cum portu. Arx ejus iam Julii C
suris tempore bene munita erat.
Ducaledonius *Sinus* v. *Ca*
donium Mare.
Dulcinium v. Olcinium.
Dulichium, Dulíchia, *Ech*
lichua, Oxĕa, insula Echi
dum in Mari Jónio contra *Acar*
niam, ad euronotum Ithacae; i
earum, quas Ulysses imperio re
bat; h. al. *Neochori*, al. *Cacab*
incola Dulicheus et Dulichiŏtes; a
Dulichius et Dulichinus.
Dumna, ins. supra *Britanni*
Barb., quam alii Orcadibus, a
Aemodis annumerant. H. *Hoy, H*
Dunelmum, Durnelmum, *D*
remum, *Durham in Engl.*;
Dunchuensis.
Dunkeranum v. *Eblana.*
Dunum, Menapiorum in Hib
adj. Dunensis.
Dura, Duria v. Marcodurum.
Duranius, Duranus. *Dura*
tia, Drona, Drononia, flu
Galliae Aquit. Oritur in Arvernis
radices Cebennae Montis *atque in*
ira Burdegalam in Garumnam emit
titur; h. *Dordogne.*
Duras v. Dravus.
Duregum v. Tigurum.
Durenum v. Dunelmum.
Duria, Duria *Major*, *Dor*

n Salassis'
ajis fontes
riam atque
ar et contra
ffunditur; h.

ora Riparia,
ius. Oritur pro-
lpibus Cottiis et
Taurinorum Pado
ia.
ra v. Durocortorum.
, Duringa v. Thu-

, Dorius, Hispaniae
avius. In Celtiberis fon-
, Numantiam et Sergan-
aeterlabitur, ac tum Lusita-
ab Hispania, Tarrac. sejungit
in Mare Atlanticum evolvitur.
aurum mole Tajum superat, at-
ie aurum vehere quidam narrant;
Duero, *Douro*.

Durnomăgus, urbs Ubiorum in
allia Belg. inter Coloniam Agrip-
am et Novesium; h. *Dormagen*.

Durnovaria, Durnovarium,
ornovaria, Durnium, Dar-
varda, Dorcestria, urbs Du-
gum in Britannia Rom. h. *Dor-
ter*.

Durobrivae, Coritanorum in
itannia Rom. ad Ausonam fluv.;
al. *Brigh-Casterton*, al. *Caster*.

Durobrivis, Durobrēvae,
hoffi, opp. Cantiorum in Britan-
ia Romana, inter Durovernum et
ndinium; h. *Rochester*; adj. Rhof-
nsis s. Roffensis.

Durocasses, Durocassae,
rocasses, Durocassium v.
ocum.

Durocatalauni v. Catalauni.

Durocobrivae, Durocobri-
a, urbs Catyeuchlanorum in Bri-
annia Rom., inter Magiovinum et
Verulamium; vulgo *Harford*, *Hart-
ord*; al. *Great Berk*, *Hamsted*, al.
unstable; adj. Hartfordiensis.

Durocornovium v. Corinium.

Durocortŏrum, Durocorto-
rum Remorum s. Rhemorum,
Duricortora, Civitas Remo-
rum, post Remi, metropolis Re-
morum in Gallia Belg., inter Augu-
stam Suessionum et Catalaunos sita,
florentissima atque artis oratoriae
magistris clara; h. *Reims*; adj. Re-
mensis.

Durolītum, opp. Trinobantum
in Britannia Rom., ad septentrionem
Londinii; h. al. *Leiton*, al. prope
Rumford, al. *Oldford*.

Durostadium v. Batavodurum.

Durosterum, Durostorum,
v. Dorosterum.

Durovernum v. Darvernum.

Dyme, Dymae, ante Palea,
urbs Peloponnesi in Achaja; mari
vicina atque ad euronotum Araxi
sita. Philippo, Macedonum regi, se
dedidit, post a Romanis, duce Sul-
picio, expugnata, eoque a Pompejo
M. colonia missa est; h. *Kaminitza*,
Chaminitza; incolae Dymaei; adj.
Dymaeus.

Dyme, urbs Thraciae, propinqua Hebro flumini, inter Trajanopolim et Plotinopolim.

Dyrrachium, Illyridis Graecae opp., portu commodissimo celebratum. Antiquius nomen fuit Epidamnus, ab Epidamno, regionis illius rege, ejusque conditore. Fuerunt, qui vetus nomen in auspicatius commutatum esse dicerent. Post debellatum Persea Macedoniae contributa atque inde Epiro Novae adscripta ejusque metropolis facta est. Trajectu e Brundusio Italiae in Graeciam maxime innotuit. Terrae motu intercidit a. CCCXLV. H. ibi est *Durazzo*; incolae Dyrrachini; adj. Dyrrachinus.

Dyscelădus, Maris Superi ins. ignobilis, quam quidam h. *Pago* nominant; alii Issae ins. cognomen esse dicunt.

Easo v. Oeaso.

Eberobrĭtum v. Eburobritium.

Eblāna, urbs Hiberniae in Eblaniis, Mari Hibernico adjacens; h. *Dundalk* - Dunkeranum; al. *Dublin.*

Ebŏra, Liberalitas Julia, Liberalitas Julia Ebora etc. urbs Hispaniae Lus. inter Tagum et Anam, quae jure Latii gaudebat; h. *Evora.*

Ebŏra, castellum Hispaniae Baet. in Turdetanis ad Baetin; h. quibusdam *San Lucar de Berrameda.*

Ebŏra, urbs Hispaniae Tarrac. in Callaicis ad Tamari ostium; h. *Obre*; al. *Muros.*

Eborācum, Colonia Eboracensis, Colonia Eboracum Leg. VI Victrix, Eboracum Leg. VI Victrix, Brigantum in Britannia Rom. urbs magna et splendida, in qua Leg. VI Victrix stationem habebat, eademque municipium erat. Ibi Septimius Severus et Constantius Chlorus vitam posuerunt; h. *York.*

Eborica, Eborĭcae v. Mediolanum Galliae.

Eborŏdūnum, Eburodunum, Eburunum, Metropolis Eborodunum, Castrum Ebredunense, opp. Caturigum in Gallia Narbon. in ardua rupe exstructum, quam Druentia alluit; h. *Embrun* - Ebredunum, Emborodunum, Embrodunum Caturigum.

Ebrodūnum, Eburodunum, Eborodunum, urbs Galliae Belg. in Pago Urbigeno Helvetiorum ad Obrim; h. *Yverdon od. Iferten.*

Ebūdes, Ebudae, Hebudes, Hebudae, Hebrĭdes, ins. Britanniae Barb. in Caledonio Mari sitae, quarum alii XXX alii V tantum numerant; h. *d. Hebridischen Inseln.*

Eburobritium, Eberobrium, opp. Hispaniae Lusit. inter Tagum et Mundam fluvios, h. *Alcobaza* - Alcobatia.

Eburodunensis Lacus v. Neocomensis Lacus.

Eburōnes, um, pop. Galliae Belg. juxta utramque Mosae ripam, quorum caput Atuatuca erat. Sedes eorum occupabant Tungri, quos quidam et Eburones unum esse populum statuunt.

Ebŭrum, opp. Quadorum in Germania Magna ad Marum fluv.; h. *Olmütz* - Olmutium; alii Phileciam eodem loco positam fuisse putant.

Ebrunum v. Eborodunum.

Ebŭsus, Ebusia, Ebosia, Ebysos, Ebyssos, Pityusa Major, Interni Maris ins. ad Hispaniam Tarrac., major Ophiusa, altera Pityusarum Insularum. Divitiae pecoris, ficuum et sacchari fuisse dicitur; *Jviça*, *Iviza*; adj. Ebusius et Ebusitanus.

Ebŭsus, Ebusium, Ebusus Phoenissa, quod Poenorum erat colonia, urbs quondam primaria insulae cognominis; h. *Iviça.*

Echatăna, orum, Ecbatana, ae, Ecbatana Medorum s. Mediae, caput Mediae, sedes regum Medorum, et inde a Cyro etiam Persarum, a Dejocle, Medorum rege, condita atque a Seleuco amplificata est; h. *Amadan*, *Hamedan.*

Echedōrus, Dorus, Macedoniae fluvius. In Crestoniis ortus Mygdoniam permanat et in Thermaicum Sinum effluit; h. *Granea* quidam vocant.

Echinădes, Echinae, Oxeae ins. Maris Jonii. Sitae sunt ad Aetoliae et Acarnaniae oram atque Achaloi ostium. In eorum numero decrepant auctores, quorum alii quinque, alii novem numerant. Parvae erant, steriles. et nautis inaccessae. Putantur h. esse *Curzolari.*

Echinus, Thessaliae in Phthiotide opp. ad Maliacum Sinum; *Echinon*, *Echina.*

Edessa, Aedessa, Edes urbs Macedoniae in Emathia. Quondam regum sedes et sepulcrorum locus; h. *Edessa*, al. *Vodena*; ad Edessaeus.

Edessa, Edessa Calyrrhoe Edesa, Metropolis Colonia Edessenorum, Antiochia, Mesopotamiae opp. in Osroëne ad Scirtum fluviolum, quod Nimrodus condidisse fertur, idemque a Trajani exercitu eversum est, post a Justino, cum terrae motu corruisset arculo V denuo aedificatum atque Justinopolis appellatum. In hac urbe Caracalla Imper. diem obiit. Incolae Edesseni; adj. Edessenus.

Erfa, *Urfa*. *Er* - *Roha*. *Rakka*, ubi antiquitatis multa vestigia apparent.

Edēta, urbs Hispaniae Tarrac. prope Turiam fluvium; h. *Liria*-Leria, ubi Romanae antiquitates videntur.

Edetania, Sedetania, Hispaniae Tarrac. regio orientalis, quae sec. Strabonem a Carthagine Nova usque ad Sucronem fluvium extenditur; h. fere pars *Valentiae* et *Arragoniae*; incolae Edetani, Hedetani, Sedetani; adj. Sedetanus.

Edinum, Edinodunum. Alata Castra.

Edissa, Edissae, (Odysseae), locus cum portu in Sicilia versus occidentem Prom. Odyssei et Syracusarum.

Edōni, Edones, pop. Thraciae in Edonide, mari propinquus et juxta utramque Angitae fluminis ripam habitans; adj. Edonus, Edonius et Edonis, idis, i. q. Thracius.

Edulius Mons, Hispaniae Tarrac. montes a Pyrenaeis incipientes, qui Vasconum regionem orientalem secant atque prope Caesaream Augustam porriguntur; h. quidam *Jaca* s. *Jacca* vocant.

Egeriae Lucus, in Latio prope Romam et Ariciam nemus et fons, Almoni fluvio propinquus.

Eggyna v. Engyinum.

Egidŏra, Aegidora, Epidora, Eidora, Eidera, *Eider*, *Fl.* zw. *Schleswig u. Holstein*.

Egilium v. Igilium.

Egnatia, Gnatia, urbs Italiae Infer. in Peucetia, mari propinqua, inter Barium et Brundusium. Haec ad radices montis sita decurrentibus aquis saepe devastabatur. H. *Torre d'Agnazzo*, al. *Giovenazzo*.

Eila, Eilana v. Elana.

Eilei, (Ilea), locus Argolidis inter Troezenen et Hermionen, ubi arae erant Cereri atque Proserpinae sacratae; h. *Eleo*.

Eion, ŏnis, Macedoniae in Edonia opp. ad Strymonis ostium, quod portus erat Amphipolis; h. *Contessa*; al. *Rendina*, al. *Pondino*.

Eisacus v. Atagis.

Elaea, Elea, urbs Aeolidis prope Caici ostium, ante Cidaenis dicta. Conditorem habuit Mnesthea et Athenienses, qui illum ad Trojam secuti sunt. Fuit ibi Pergamenorum regum portus et navale. Ejus ager Elaitis dicebatur, quem Caicus perfluebat. H. *Jalea*, vel *l'Alea*, al. *Ayasman*; cives Elaeenses.

Elaeus v. Eleus.

Elaiticus Sinus, ad oram Aeolidis ad occidentem Elaea, Adramytteni Sinus pars australis.

Elăna, Eilana, Eila, Aelana, Aila, in S. L. Elath, urbs Arabiae Petraeae ad Elaniticum Sinum posita. Ibi Salomo navalia habuit, atque inde mercatorias naves in Ophiram regionem misit. H. *Ailah*, *Aile*; cives Elăni.

Elaniticus, Aelaniticus Sinus, Aelanites Sinus, interior pars Sinus Arabici orientem versus; h. al. *Bahr-el-Akaba*, al. *Golf von Ailah*.

Elaphonnesus v. Proconnesus.

Elarona v. Iluro.

Elata, Elatas, fluv. Bithyniae, qui prope Diospolin in Pontum Euxinum exit; adj. Elataeus.

Elatēa, Elatia, Phocidis ad Cephissum fluv. opp., post Delphos maximum ejus terrae. Templum habebat Aesculapii. A Persis eversum, atque a Philippo ante praelium ad Chaeroneam expugnatum est; Romanos, duce T. Flaminio ipsum obsidentes, repulit. H. quidam *Elefta*, al. vicum *Elata* esse dicunt; incolae Elateenses.

Elath v. Elana.

Elatrīa, Elatīa, urbs Epiri in Thesprotia, Cocyti fontibus propinqua. H. in ruinis jacet, quae nomen antiquum retinere dicuntur.

Elāver, ĕris, Elaris, Elauris, Galliae Aquit. amnis. Fontes habet in Cebenna Monte, Gergoviam praeterfluit atque infra Noviodunum Ligeri miscetur; h. *l'Allier*.

Elcebus v. Helcebus.

Elĕa, Ella, Helia, Velĭa, Velea, Veliae, Hyela, urbs Italiae Infer. in Lucania ad fluv. Haletem. Phocaeensium erat opus, clarosque cives tulit Zenonem, Pythagoreum, Parmenidem, aliosque. H. *Castello a Mare della Bruca*; civis Eleātes, is, Veliensis et Velinus; adj. Eleaticus.

Elĕa, Hales, etis, Heles, Lu-

caniae fluvius, qui in Sinum Eleatem excurrit; h. *Pisciotta*, al. *Halente*.

Electra, Pelopponesi in Messene oppidulum; h. *Lept*, *Lapt*.

Electra, parvus Messenes fluv., qui urbem cognominem praeterfluit atque in Sinum Cyparissium emanat.

Electrĭdes, um, Germanici Maris insula, cujus situs ad Sinum Venedicum et Curonensem Lacum esse videtur, unde Romani succinum acceperunt, quod ab Aestiis colligebatur.

Electris, idis, Febra, ins. Italiae Infer. in Sinu Tarentino prope Tarentum; fere ubi h. *Monte Sardo*.

Elegium, urbs Norici Ripensis; h. *Erlach*; al. prope *Strengberg*.

Elēi, incolae Elidis, quam vide.

Elephantĭne, Elephantis, idis, Elefantine, es, Nili insula in Thebaide, ad africum Syenes, in qua urbs erat ejusdem nominis, clara Cnephidis templo et Nili mensore. H. *Elephantine*, *Geziret-Assuan od. Geziret el Sag*.

Elĕphas, antis, mons Aethiopiae supra Aegyptum, Avalitae Sinus orae vicinus; h. *Felles od. Baba Filek*.

Elĕus, Elaeus, untis, urbs Chersonesi Thraciae ad Hellespontum, vicina Sesto. Ibi sepulcrum erat Protesilai, ab Hectore occisi, ab eaque Alexander in Asiam trajecit. H. videtur esse *Critea*.

Eleūsa, Elaeusa, Elaeussa, Sebaste, ins. ad oram Ciliciae Tracheae Calycadni fluvii ostii versus orientem, cujus urbs princeps erat Sebaste. H. quibusdam *Sevesta*.

Eleusis, Eleusin, inis, Eleusine, urbs Atticae prope Athenas ad Sinum Saronicum, contra Salamina insulam. Nomen traxit ab Eleuso, Triptolemi patre, qui Cererem, filiam quaerentem, liberalissime hospitio excepit. Celebrem illam fecerunt inprimis fanum Cereris et sacra Eleusinia, Cereris mysteria. Hodie urbs ad vici tenuitatem delapsa est et vocatur *Lessina od. Lepsina*; adj. Eleusinius et Eleusinus.

Eleusis, inis, opp. Aegypti Infer. prope Canopicum Nili ostium apud Nicopolim, non procul Alexandria, quae a Caesare, ibi Ptolemaeum superante, etiam Juliopolis vocatur.

Eleuthera Cilicia, regio Ciliciae orientalis inter Amanum et Taurum montes versus Cataoniam et Syriam.

Eleutĕrae, urbs Atticae, Boeotiae finibus propinqua, ad Cithaeronis montis radices, cum Bacchi templo; incolae Eleutherenses.

Eleuthĕro-Cilĭces, incolae Ciliciae Eleutherae, Romanis semper inimici, quorum urbem Pindenissum expugnabat Cicero.

Eleuthĕro-Lacōnes, incolae in Laconicae ora maritima, quorum octodecim urbibus Augustus immunitatem dedit; h. *Mainotten, in d. Landsch. Maina in Morea*.

Elia v. Helia.

Eliberi v. Illiberis.

Eliberri v. Illiberi.

Elicē v. Helice.

Elienses, Elii v. Elis.

Elis, ĭdis, Eleorum Regio, Peloponnesi terra, Achaja, Arcadia, Messene terminata atque ab Araxi prom. usque ad Nedam flumen porecta. Frugum erat ferax Jovisque tutelae inprimis commendata. Templum ejus continebat celeberrimum, atque ludi ab Hercule instaurati quarto quoque anno Jovi apud Olympiam fiebant. H. *Belvedere*; incolae Elēi, Elii et Elienses; adj. Elēus.

Elis, is, Elis, idis, urbs princeps Elidis. Homeri tempore nondum stetit, sed post Persicum demum bellum ex vicis et pagis coaluit. Erat sine muris, quoniam sancta et inviolabilis habebatur. Fluebat per eam Peneus praeter gymnasium. H. ibi cernitur *Belvedere*. Graecis *Callofcopium*; al. est ibi vicus *Kallivia*, al. ruinae *Palaeopoli* prope *Restouni*; incolae Elii; adj. Elius, Elidensis, Elidēus, Elias, adis, f.

Ellopia, oppidulum in Euboeae Ins. parte septentrionali, prope quam erant aquae calidae, Ellopiae dictae; incolae Ellopenses, ium.

Elmatia v. Salmatica.

Elōne, Limone, urbs Thessaliae in Perrhaebia ad Olympi radices prope Peneum.

Elōro, Eluro, Iluro, Dilūron, urbs maritima Laletanorum in Hispania Tarrac. inter Barcinonem et Blandas. A Mauris diruta postea eodem loco instaurata est; h. *Mataro*, al. *Pineda*.

Elorus v. Helorus.

Elotes v. Helotes.

Elŭsa, Elusaberis, urbs Galliae Aquit. in Elusatibus versus montana; h. *Eause*;

Elvae, Aelvae, Elva, prius Alba, Hispaniae Lusit. opp. ad Anam situm; h. *Elvas*.

Elyma, Elymea, Elymia, urbs Elymiotarum in Illyride Graeca; h. *Arnaud Belgrad*.

Elŷma, Elymea, urbs Elymiotidis in Macedonia, ad meridiem Haliacmonis; h. *Grevno*, al. *Canina*.

Elymāis, idis, regio inter Persidem et Susianam ad Sinum Persiae sita; h. *Laristan*, *Larestan*; adj. Elymaeus.

Elymāis, urbs Persidis opulentissima, in qua templum erat praedives Nanaeae Deae.

Elymiotis, is, Macedoniae regio; h. *Placani*; incolae Elymiotae.

Emathia v. Macedonia.

Emathia, ante Paeonia, Axio flumini adjacens fort. h. *Meglena*; adj. Emathius et Emathis, idis, f.

Emāus, Emmaus, Ammaus, untis, urbs Judaeae, a Bacchide amplificata et munita, quae Hierosolymis eversis et Judaeis devictis, aut post Heliogabali mortem, Nicopolis dicta est. H. *Coubebi*, *Cubeiby*.

Embrica v. Asciburgium.

Embrodunum Caturigum v. Eborodunum.

Emeriacum, Emerica v. Asciburgium.

Emerita v. Augusta Emerita; al. vero h. *Castello Mendo in Beira*; adj. Emeritensis.

Emēsa, Emesus, Emisa, Emessa, Emissa, Chemps, opp. Syriae in Apamene australi ad Orontem, vicinum Libano. Colonia erat Romanorum et Antonini Heliogabali patria; Solis templum habuit auro argentoque opulentum; nobilitatum est etiam alterb Aureliani contra Zenobiam praelio. H. *Homs*. Incolae Emesēni, Emiseni, Emisaei; adj. Emesenus, Emisenus.

Emmaus, Ammaus, Aquae Calidae in Tiberiade, Tiberienses Thermae, locus Galilaeae Infer. prope Tiberiadem cum aquis calidis salubribus.

Emōdi Montes, Emodus, Scythiae extra Imaum montes, qui Indiam extra Gangem terminabant, multisque in Gangem fluviis incurrentibus aquas praebebant; h. *Himaleh*, *Himmali*.

Emporiae, Emporium, Indica Urbs, Indigetum in Hispania Tarrac. opp. ad Clodiani flum. ostium et prope Rhodam. Colonia fuit Massiliensium. Ejus ager fertilis erat frugum, lini et junci. H. *Ampurias*; incolae Emporiensis.

Emporiae, urbs Sardiniae; h. *Castel Aragonese*; incolae Emporitani.

Emporium, urbs Etruriae, Arno propinqua; h. *Empoli*.

Nebrōdes, Neurodes, commune montium nomen, qui per septentrionalem Siciliae partem extenduntur. Nomen eis damarum copiam dedisse ajunt; h. quibusd. *Madonia s. Madunia.*

Necropyla i. q. Carcinites Sinus.

Nemausus, Nemausum, Volcarum Arecomicorum in Gallia Narbon. urbs primaria et splendidissima ac jure Latii praedita. Sita erat ad meridionalem Cebennae declivitatem, et Antonini Pii patria. H. *Nimes*; adj. Nemausiensis, Nemausius, Nemausinus et Nemausiacus.

Neměa, Nemea, Argolidis v. inter Argos et Sicyonem situs, leone ab Hercule ibi suffocato, vis templo et ludis Nemeis incl. Putant h. vocari *Tristena*; adj. maeus, Nemeus.

Neměa, Peloponnesi fluvius, Sicyonios et Corinthios dividebat quibusdam *Langia.*

Nemedona v. Noviomagus.

Nemetācum, Nemetocen postea Atrebătum, Atre tium, Atrebates, Atreba metropolis Atrebatum in Gallia ad Scarpum fluvium; h. *Arras Atrecht*; incolae Nemetacenses; Atrebaticus et Atrebatensis.

Nemētae, Nemetes, v. viomagus.

Neocaesarēa, urbs Ponti P moniaci ad Lycum fl.; h. *Nik* al. *Tocat.*

Neocomum i. q. Novocom v. Comum.

Neomagus v. Noviomagum.

Neon, urbs antiqua Phocidis radices Tithoreae montis. A P destructa postea refecta et Ti rea vocata est. Sed Pausaniae pore pauca ejus rudera extab adj. Neonius.

Neontichos, urbs Aeolidis Sardenen montem et Hermum flu um sita, a Larissa LXXX stadiis stans; h. *Ainadsjik*; incolae Ne chites et Neontichitae.

Nepēte, Nepeta, Nepet, N pe, Colonia Nepensis s. Nep tensis, urbs Etruriae, colonia municipium; h. *Nepi*; cives Nepe ni; adj. Nepesinus.

Nephĕris, opp. Africae Pro in rupe exstructum et Carthag vicinum; h. prope *Moraisah.*

Neptuni s. Neptunius Mo v. Mons Neptuni.

Nequinum v. Narnia.

Neretum v. Neritum.

Nergobriga v. Nertobriga.

Nerĭcus, Neriçum, Ner tum, urbs Acarnaniae, intra ist mum sita et postea Leucas dict v. Leucadia.

Nerĭgo, Nerigos, Nerigo Europae terra septentrionalis, p Scandinaviae, a veteribus insu

i, e qua facilis in Thulen esset igatio. H. *Norwegen.*
Nerii, Hispaniae Tarrac. pop. id Promont. Nerium.
Neris, idis, mons Argolidis.
Neritis s. Neritus v. Leucadia.
Neritum, Neretum, opp. Calabriae in Salentinis; h. *Nardo*; adj. Neretini s. Nerecini.
Neritum, Neritus, mons Ithacae insulae.
Nerium Promont. v. Artabrum Prom.
Neronias v. Caesarea Paneas.
Nertobriga, Nergobriga. 1. Celtiberorum in Hispania Tarraconensi; h. *Almunia.*
Nerulum, Neruli, urbs municipalis Lucaniae; h. prope vicum *Castello*; al. nunc *Grinolo.*
Nervii, Galliae Belg. pop. fortissimus, ad utramque Sabis ripam habitans, cujus urbs princeps erat Bacum s. Bacacum. Hos alii a Germanis, alii a Cimbris et Teutonis ortos esse narrant.
Nesactium, Nesattium, Nestum, opp. Galliae Transpad. Istriae ad Arsiae fluminis ostium, quod alii jam diu dirutum esse dicunt, alii nunc *Castel nouovo* dici aiunt.
Nescania, urbs Hispaniae Baet. municipium Romanorum, nobilis aquis salutaribus; h. ejus ruinae ubi nunc *El valle de Abdelaziz*; al. *el Rio.*
Nesibis v. Nisibis.
Nesis, idis, parva Italiae insula in sinu Puteolano, foecunditate, inprimis asparago optimo, nobilis; h. *Isita.*
Nesos, opp. Euboeae insulae.
Nessa, urbs Siciliae cum castro, a Atheniensibus frustra oppugnato.
Nestus, Nessus, Mestus, fluv. Thraciae occidentalis, de Scomio s. Scombro monte defluens. Macedoniae et Thraciae terminus ab Philippi nempe et Alexandri temporibus. In Mare Aegaeum non procul Abderis excurrit, et h. appellatur *Carasu Mestro.*
Neuri, Neuritae, pop. Scythicus initio versus Borysthenem incolens, serius fere ubi h. *Lemberg.* Terra eorum appellabatur Neuris.

Nicaea, urbs Bithyniae ad Lacum Ascanium sita. Olbia prius dicta, post Antigonia ab Antigono; a Lysimacho vero ex nomine uxoris Nicaea appellata. Innotuit mercatura et Hipparchi ac Dionis Cassii natalibus. Clarissima est synodo ibi habita; h. *Isnich*; incolae Nicaei; adj. Nicaeensis.
Nicaea, Indiae intra Gangem opp. ad Hydaspis ripam sinistram. Alexander condidit in memoriam victoriae de Poro reportatae. Alia Indiae urbs ejusdem nominis sita erat in Paropamisadis ad Cophenen fluvium; h. *Naggur.*
Nicaea, Nicaea Palaea; urbs Locrorum Epicnemidiorum prope Thermopylas ad Sinum Maliacum; h. *Nizza del Paglia.*
Nicaea, Nicaea, Nicea, Nicia, opp. Liguriae ad Paulonem fluvium et mare. Massiliorum erat colonia. Situm erat in montano atque ad munimentum apto loco, nomenque a victoria contra Salyes accepisse fertur. H. *Nizza*; incolae Nicaeenses.
Nicaea v. Mariana.
Nicama, Nigama, urbs maritima Indiae intra Gangem; h. *Negapatnam.*
Nicatorium, Assyriae montes prope Arbelam; h. *Karadsjag.*
Nice, urbs Thraciae inter Byzantium et Hadrianopolim; h. *Kuleli, Kuseli od. Kululeu.*
Nicephorium, opp. Mesopotamiae ad Bilichae atque Euphratis confluentes, quod Alexander exstruendum curavit. A quarto seculo Callinici nomen usurpari coeptum est, quod serius in Leontopolis mutabatur, ex Leonis Imper. nomine; h. *Racca*; incolae Nicephorii.
Nicephorius, Mesopotamiae fluvius, qui Tigri jungitur, ad cujus ripam Tigranes Tigranocertam aedificavit.
Nicer, cri, Nicārus, Nicar, Nicerus, Neccaris, Neccarus, fluv. in Germania ad Abnobam montem ortus, qui in Rhenum infunditur; h. *der Neckar*; adj. Nicaranus, Neccarius et Neccarensis.
Nicomedia, urbs Bithyniae ad extremam Propontidis partem sita, a Nicomede I. condita, postquam

Astacus a Lysimacho eversa erat. Inprimis sub Romanis floruit, quamquam saepius terrae motu afflicta. Arriani erat patria. H. *Ismid*; incola Nicomedeūs.

Nicopolis, urbs Acarnaniae ad Sinus Ambracii introitum e regione Actii, victoriae Augusti de Antonio monumentum; h. *Prevesa.*

Nicopolis, urbs Aegypti non procul Alexandria, ab Augusto exstructa; h. *Kars od. Kiaffara.*

Nicopolis, Nicopolis ad Danubium s. ad Istrum, Nicopolistrum, opp. Moesiae Inf. ad Jatri et Danubii confluentes, a Trajano in memoriam victoriae de Dacis conditum; h. *Nicopoli*, cives Nicopolitae.

Nicopolis, serius Christopolis, urbs Thraciae ad Nesti ostium, a Trajano condita; h. *Nicopoli.*

Nicopolis, itidem Thraciae opp. ad Haemi radices prope Jatri fontes situm; h. *Nikub.*

Niger, Nigris, Nigir, Aethiopiae fluvius maximus. Fontes habet apud Oecalicas in Thala monte, occidentem versus fluit atque Nigritidem lacum facit; accolae Nigritae et Nigrētes.

Nilopolis, urbs Aegypti in Heptanomi s. media provincia, in Nili insula posita.

Nilus, Aegypti fluv. notissimus, in Aethiopia oriens, cujus fontes veteribus erant incogniti, ita, ut de vano labore dicerent: Nili fontes quaerere. Varia olim nomina gessit, v. c. Siris, Aegyptus, Triton, Hebraeis Sihor, et Nahal Mizraim dicebatur. Catarrhactis aliquot factis apud Syenen Aegyptum ingreditur, saepiusque se incurvans Aegyptum mediam secat, atque versus Mare Nostrum decurrit. Apud Cercasorum urbem scinditur, fluitque in Pelusium et Canopum a dextra et sinistra parte medius per Delta, ac septem ostiis effunditur, unde septemplex et septemfluus dicitur. Is fluvius quotannis post solstitium aestivum, variis de causis ad sedecim usque cubitos intumescens, Aegyptum totam inundabat, cum in ea loca, in quae ejus aquae penetrare non poterant, canalibus factis ducerentur. Quae ejus inundationes solum, limo obductum et laetific tum, effecerunt fertilissimum. *Nil*; adj. Niliacus, Niloticus, Nil tis, idis, f.

Ninus, in S. L. Ninive, u Assyriae ingentis magnitudinis, Nino condita, quam Tigris prae fluit, regia et metropolis. Hae Cyaxare, Astyagis patre, eversa Posteriorem seculo VII. Arabes leverunt. Putatur esse h. vicus *nial* vel *Munia*, al. ejus ru quaerunt apud *Mosul.*

Ninus Vetus v. Bambyce.

Niphātes, Nymphates, phates, mons Armeniae haud guae altitudinis et Tauri latus, u Tigrim usque ad Mediae fines tinens, in quo Tigris fontes hab dicitur; h. quibusd. *Curdo.*

Nisaea, Nigaea, urbs et re Persiae inter Margianam et Ari In illa urbe regum erant sepul h. al. *Nesa*, al. *Herat*, al. *Tac*

Nisaea, Nissa, vetustissimus saeae regionis in Megaride locu Megarorum portus ad Sinum Sa nicum, muro Megaris conjun cum castello cognomine, quo po defendebatur. Nomen tulit a N Pandionis filio.

Nisaei, monticolae Arianae Persia.

Nisĭbis, Antiochia, My donia, Nesibis, Nesbēis, Na bis, in S. S. Achad vel Ara zoba, urbs magna et frequent ma Mesopotamiae in Mygdonia Mygdonium amnem. Romano erat sub Severo colonia et castr praecipuum, quod tamen Jovia Parthis inconsultius concessit; h. cus *Nisebin od. Nesbin*; adj. N benus.

Nissa v. Nisaea.

Nissa v. Nysa.

Nisȳrus, ins. Aegaei Maris, qua alii Cycladibus, alii Sporadibus acce sent. Olim dicta est Porphyris. Si fuit prope Cnidum et circuitu pate LXXX stadia. Erat teres, celsa saxosa, ac magna inprimis lap dum molarium copia abundabat Memoratur in ea urbs cognomini portus et templum Neptuni. Sae pius incolae mutati sunt. H. *Nisir od. Nisaria*; incola Nisyrius et Ni syriacus.

Nitiobrigum v. Agennum.

Nivaria, Convallis, ins. Fortunatarum ad occidentalem Mauretaniae oram sita, atque altissimis montibus impleta; h. *Teneriffa*.

Nivernum v. Noviodunum Aeduorum.

Noae, urbs Siciliae; h. *Noara*; ives Noaeni.

Noaras, Carnorum fluv., qui ivo in Pannonia miscetur; videtur se h. *Gurk*.

Noëga, Hispaniae Tarrac. in Cantabris urbs maritima; fere ubi h. *Gijon*.

Noeodūnum, opp. Aulercorum Diablintum in Gallia Celtica, postea Diablintes dictum; h. *Jublins*.

Noeomagus v. Noviomagus.

Nola, urbs antiquissima Campaniae, quam Ausones condiderunt. ub Vespasiano facta est colonia atque Augusta cognominata. Prope um Caesar Augustus diem obiit. hidem a Paulino episcopo campanae sunt inventae. H. *Nola*; cives olani; adj. Nolanus.

Noliba, opp. Oretanorum in Hispania Tarrac.; h. quibusd. *Bolanos*.

Nomades, commune plurium varum populorum in India, Numidia, Arabia etc. nomen.

Nomădes, populus Sarmatiae Europ. inter Borysthenem et Carcinitem Sinum; ubi h. *d. kleine Tatarei*; di. Nomadicus.

Nomădes Scythae, Asiae pop., ui ad aditum et ostium Caspii Maris referendus est. H. fere ubi regnum *Astracan*.

Nomantia v. Numantia.

Nomentum, Nomentus, Nomento, urbs Italiae Propr., quam Albani aedificarunt, quaeque postea ub Sabinorum potestatem venit. Ab ea Via Nomentana appellata est, quae Roma praeter Montem Sacrumeo ducit. H. vicus *Mentana*; cives Nomentani.

Nomi, ita dicuntur provinciae minores Aegypti, quae Strabonis aetate XXXVI, Plinii XLV erant numero.

Nonăcris, urbs Peloponnesi non procul Phéneo, in cujus agro sita erat, prope quam Stygis aqua fluebat. Pausaniae tempore jam eversa iacebat. H. nonnullis *Naukria*; adj. Nonacrius et Nonacrinus.

Nora, Neroassus, castellum Cappadociae in Isauritide, in quo Eumenes Antigoni obsidionem sustinuit.

Nora, orum, Nura, Sardiniae opp. contra Sulcos; ubi h. *Torre Forcadizzo*; cives Norenses et Norani.

Norba, urbs Latii Novi non procul via Appia, quae Sullano bello, incolis ad desperationem adductis, terribili modo deleta est. H. ubi vicus *Norma*; cives Norbani et Norbanenses: adj. Norbanus.

Norba Caesaria, Colonia Norbensis s. Caesariana, Hispaniae Lusit. in Vettonibus opp., Tajo adjacens, in quo Trajanus Imper. eximium pontem exstruxit; h. *Alcantara*; incolae Norbenses.

Norēia, Tauriscorum metropolis in Norico, quae jam Ptolomaei aetate evanuisse videtur; h. quibusdam *Friesach*.

Norĭcum, Europae regio, quae Cetio monte a Panonia, Danubio a Germania, Oeno a Rhaetia et Vindelicia et Savo terminabatur, eratque Mediterraneum et Ripense. H. *Ober- u. Nieder- Oestreich, Steyermark, Cärnthen, c. Theil v. Bayern, v. Crain, v. Tirol u. Salzburg*.

Notium, portus Colophonis in Ionia; incolae Notienses et Notiei.

Notium, promont. in australi Hiberniae parte; h. *Missen-Head*.

Novae, ad Novas, urbs Moesiae Infer.; h. fort. *Rustschuk od. Orostschuk*.

Novaria, urbs Laevorum in Gallia Transpad. munitissima ad Novariam (*Gogna*) fluv.; h. *Novara*.

Novempopulana s. Novempopulania, pars Aquitaniae veteris sensu latiori, sita inter Garumnam fluv. et Pyrenaeos, cujus caput erat Augusta Ausciorum.

Novesium, Nivisium, opp. Ubiorum in Gallia Belg. ad sinistram Rheni ripam positum; h. *Neuss*.

Noviodūnum, opp. Biturigum in Gallia Aquit; h. prope *Nouan*.

Noviodūnum, urbs Galliae Lugdun. in Aulercis; h. *Nogent le Rotru*- Novigentum Rotroci.

Noviodūnum, Noviodunum Aeduorum, Nivernum, Nivernium, Nevirnum, opp. Gal-

lae Lugdun., Ligeri adjacens; h. *Nevers*; incolae Niverni; adj. Nivernensis.

Noviodūnum sc. Suessiōnum, postea Augusta Suessionum, Augusta Suessorum, Suessiones, Suessonae, Suessionae, urbs Suessionum in Gallia Belg. ad Axonam flumen; h. *Soissons*; adj. Suessionensis.

Noviomăgum, Noviomagus, Neomagus, Batavorum in Gallia Belg. metropolis super Vahalim fluv., qui Batavorum Insulana parte meridionali praeterlabitur. H. *Nimwegen*.

Noviomagus, urbs Galliae Aquit. in Biturigibus Vibiscis; h. *Castelneau de Medoc*, al. *Castillon*.

Noviomăgus, Noeomagus, Civitas Lexoviorum s. Lexubiorum, Lexovii, Lexovium, Lexobium, Lexubium, urbs Galliae Celticae in Lexoviis; h. *Lisieux*, al. *Caen*; adj. Lexoviensis.

Noviomăgus, postea Nemetes, Augusta Nemetum, Nemidae, Nemidona, Civitas Nemetum, Civitas Nemetum Spira, Pyrae Mons, Sphira, Spira, urbs Nemetum in Gallia Belg. inter Borgetomagum et Tabernas ad Rhenum sita. H. *Speier*.

Noviomăgus, urbs Galliae Belg. in Treviris ad Mosellam; h. *Neumagen*.

Noviomagus, Noviomum, Noviorum, Galliae Belg. in Veromandis opp.; h. *Noyon*.

Novum Comum v. Comum.

Nuba, Africae interioris lacus maximus, qui Libya Palus etiam vocatur, et Gir flumen excipit; videtur esse h. *Hadaba*.

Nubae, Nubei, Nubaei, Nubaei Aethiopes, ingens populus Africae ad occidentalem Nili ripam et Meroen insulam habitans; ubi h. *Nubien*.

Nuceria, Nuceria Alphaterna, urbs Campaniae ad Sarnum fluvium. Quae cum bello Punico sec. devastata esset, ejusque cives Atellam migrassent, Augustus eo coloniam misit, cognomine Constantinen; h. *Nocera*; incolae et accolae Nucerini; adj. Nucerinus.

Nuceria Apulorum v. Luceria.

Nuceria, Camellaria cognomine, Neuceria, urbs Italiae Propr. in Umbria, ad Flaminiam viam sita; h. *Nocera*.

Nudium, opp. Peloponnesi in Elide.

Numāna, urbs antiqua Italiae Med. in Piceno, a Siculis condita seculo IX. Humana dicta, cujus tantum extant ruinae ubi h. *Umana*.

Numantia, Nomantia, urbs Hispaniae Tarrac. in Arevacis vel Pelendonibus ad Durium sita. Potentissima fuit et duobus fluviis terraeque faucibus et silvis munita. Celebratur ejus virtus, cum IV. millium Celtiberorum obsidionem per XIV annos sustinuerit; Inde vero bellum Numantinum vulgatum est, in quo urbs a Scipione Afr. expugnata et deleta est. H. propter recentiora veteris urbis *Soria* esse putatur, alii vero ruinas extare dicunt apud *Puente de Don Garray*; incolae Numantini.

Numicius, Numicus, Latii fluv. parvus, qui ultra Lavinium in Etruscum Mare emanat. Inter Tiberim et hunc Aeneam appulisse tradunt, in eoque idem suffocatus est. H. quibusdam *Nemi*.

Numidia, Africae septentrionalis terra ad Mare Mediterraneum sita. Ab Ampsaga usque ad Tusca fluv. patens Numidia Propr. dicitur, vel Mauretaniam Caesariensem complectitur atque ad Malvam usque pertinet. H. fere ubi regnum *Algier*; incolae Numidae et Numides, gr. Νομάδες, quod nomen omnino de populis vagis usurpatur; adj. Numidicus et Numidianus.

Numidicus Sinus, Laturus Sinus, ad Numidiae oram, qui h. videtur esse *Golfo de Zereni*.

Numistro, Numestro, urbs Lucaniae in Apuliae confiniis. Prope illam Marcellus Hannibalem vicit; h. *Nusco*; incolae Numestrani.

Nursia, urbs Italiae Propr. in Sabinis. Sertorii matrisque Vespasiani patria; h. *Norcia*; incolae Nursini.

Nutria, urbs maritima Illyrici.

Nymbaeum, Laconicae lacus, promontorio Maleae vicinus.

Nymphaea, Nymphaeum, opp. Chersonesi Tauricae cum portu ad Euxinum Pontum. Jam Plinii aetate evanuerat, cujus tamen rudera prope *Vosfor* invenuri putant.

Nymphaeum, locus Illyrici Graeci ad Mare Jonium et Aoum fluv., quem Caesar portum esse ad Issum fluvium dicit., Plinius promontorium vocat. H. *S. Juan de Medua.*

Nymphaeus, Nymphius, Armeniae fluv., qui Martyropolim alluit atque apud Amidam Tigri jungitur.

Nymphates, Nyphates v. Nipbates.

Nysa, urbs Boeotiae ad Helicona sita.

Nysa, opp. Cappadociae inter Parnassum et Osiaham ad Halyn positum; h. *Nous shehr.*

Nysa, Nyssa, Antiochia, Athymbra, Pythopolis, urbs Cariae ad Messogis Montis declivitatem et prope Maeandrum fluvium. In ea Strabo, duce Aristodemo, litteris operam dedit. Regio adjacens Nysais appellabatur. H. *Nasli od. Nosli*; incolae Nysaei.

Nysa, Nyssa, opp. Indoscytharum in India intra Gangem, sub radicibus montis, quem Neron s. Nerum vocant, situm. Id Bacchi coloniam esse affirmabant cives. Haec prima est urbs, quam Alexander M. in itinere offendit; incolae Nysaei.

Nysa, opp. Thraciae in Paeonia inter Nestum et Strymona fluvios, quod postea Macedoniae accessit.

Nysseium, Nyssa, mons Thraciae.

O.

Oaeneum, opp. Illyrici in Pelestia ad Artatum fluvium.

Oaenes, Oonae, ova edentes, incolae exadversum Sarmatiam positae insulae fabulosae.

Oänos, Siciliae fluv. prope Camarinam urbem; h. *Frascolari.*

Oäsis, Onasis, Avasis, nomen trium regionum fertilissimarum in Africa occidentali. Prima s. Major, h. *El-Vah od. Augila.* Secunda s. parva Aegypto propior, h. *El-Gharbi od. El-Kassar*, al. *Bahnasa.* Tertia prope Jovis Ammonis templum, dicta Ammonium s. Ammoniaca regio in desertis Marmaridarum locis, notior Alexandri ad templum illud celeberrimum profectione. H. *Siwah.*

Oaxus, Oaxius, urbs in Creta insula.

Oblivionis Fluv. v. Limaea.

Obris v. Orbis.

Obtricum, Trajectum Obtricense s. Superius, Trajectus ad Mosam, urbs Galliae Belg. Mosae adjacens; h. *Mastricht.*

Obulco, cogn. Municipium Pontficense, Obulcon, Obulcum, Turdulorum in Hispania Baet. opp.; h. *Borcunna*, al. *Bujalance.*

Oceanus Atlanticus, Oc. Occidentalis, Oc. Hesperius, Mare Exterius, pars magni Oceani, ab Atlante Monte dictus, qui universam Europae atque Africae oram occidentalem alluit, quatenus haec veteribus cognita erat. H. *das Atlantische Meer.*

Oceanus Australis, Mare Inferum, cujus partes erant Mare Aethiopicum atque Erythraeum. H. *das Aethiopische Meer.*

Oceanus Orientalis, Oc. Eous, Indicus, Sericus, mare ad Indiam extra Gangem atque insulas Asiae. H. *der östliche Ocean.*

Oceanus Septentrionalis, Oc. Borealis, Arctous, Mare Congelatum, Mare Glaciale, Pigrum etc. H. *der nördliche Ocean.*

Oc̆elum, Ad Fines, opp.

Galliae Cisalp. in Alpibus Cottiis; h. *Avigliana b. Turin.*

Ocha, Oches, mons Euboeae ins. meridionalis, dives asbesti s. amianti lapidis

Ocha, urbs in meridionali Euboeae parte, quam Plinius solus memorat.

Ochus, Persiae in Bactriana fluv., qui in Oxum effunditur; h. *Dekasch.*

Ocra Mons v. Alpes Juliae.

Ocricŭlum, Ocricli, Ocricola, Utricoli, urbs Italiae Med. in Umbria haud procul Naris in Tiberim ostio; h. ab *Otricoli* duobus milliaribus distans; incolae Ocricolani.

Ocrinum Prom. v. Dammonium.

Octavanorum Colonia v. Forum Julium.

Octodūrum, Taurus, Taurum, opp. Vaccaeorum in Hispania Tarrac., quod etiam Gothorum Campus dicitur; h. *Toro.*

Octodūrus, Octodorus, Valinsa, Civitas Vallensium, vicus Veragrorum in Gallia Narbon. flumine parvo in Rhodanum influente divisus; h. *Martinach od. Martigni* - Martiniacum; incolae Octodurenses.

Octogēsa, urbs Ilergetum in Hispania Tarrac.; h. *Mequinenza*, al. fere ubi *la Granja.*

Octolophum, locus Macedoniae vel Thessaliae prope Macedoniam; h. quibusd. *Bitolia.*

Odessus, Odyssus, Odesopolis, Odissus, urbs maritima Moesiae Infer. Conditores fuerunt Milesii sub Astyage, Medorum rege; inclaruit natalibus Heraclidis et Demetrii historicorum. Quidam h. *Varna* esse putant. Incola Odessites.

Odessus, Ordēsus, urbs Sarmatiae Europ. cum portu celebri inter Axiacem et Borysthenem fluvios, fere ubi h. *Oczakow.*

Odomantica, regio Macedoniae inter fluvios Strymonem et Pontum, Thraciae affinis; incolae Odomanti.

Odrȳsae, Odrusae, magnus Thraciae pop. circa Hebrum fluvium. Ab iis Thracia apud poëtas dicitur Odrysia Tellus, incolae etiam Odrysii; adj. Odrysius i. q. Thracius.

Odyssēa; opp. Siciliae cum portu prope promont. cognomine; h. *Porto di Palo.*

Odyssēa, prom. Siciliae Pachyno Promont. proximum; h. quibusd. *Cabo Marco.*

Odyssus v. Odessus.

Oea, Civitas Oeensis, Eōa, Colonia Oeea, Colonia Osa, Colonia Aelia Oea Augusta Felix, Africae in Regione Syrtica urbs maritima inter Abrotonum et Sabratam. Putatur esse h. *Tripoli.*

Oea, opp. Aeginae ins., ab urbe Aegina viginti circiter stadiis remotum.

Oeăso, Idanusa, Oedasyna, Olarso, urbs Vasconum in Hispania Tarrac. ad Pyrenaeos posita; h. *Oyarzun od. Oyarço*, al. *Fuentearabia.*

Oeasso, prom. Hispaniae Tarrac. Pyrenaeos versus septentrionem finiens; h. *Cabo del Higuer.*

Oebalia, Peloponnesi parva regio, Laconicae pars, ita dicta ab Oebalo, Arguli filio, Lacedaemoniorum rege. Agri quoque Tarentini tractum poëtae non nunquam Oebaliam appellant, respicientes nimirum ad urbis ejus originem, quae a Lacedaemoniis condita putatur. Ab eadem regione Castor et Pollux Oebalidae vocantur, et Virgilius Tarentum Oebalias Turres appellat.

Oechalia, urbs Thessaliae, seu al. Boetiae, ab Oechaleo fluvio, eam praeterfluente, dicta. Hanc Hercules funditus evertit, cum Eurytus, ejus rex, ipsi pactam certaminis legem Jolen filiam tradere recusasset. Sunt et quatuor aliae hujus nominis urbes. Incola Oechalienus, Oechaliotes, Oechalius et Oechălis, idis, f.

Oeea Colonia v. Oea.

Oeniadae, urbs Graeciae in Acarnania ad Acheloi ostium sita, prius Erysiche, rectius Erysice, dicta, posterius Dragameste; h. *Trigardon*; cives Oeniadae et Oeniades.

Oenipons, Oenipontum et Oenus v. Aeni Pons et Aenus.

Oenoë, Oenoa, Oenee, Atticae vicus in Boeotiae finibus, Eleutherae vicinus, qui Plinii aetate jam evanuerat. Praeterea plures hujus nominis urbes memorantur.

Oenotria, Italiae pars maritima, a freto Siculo usque ad Tarentinum sinum extensa, quae a vini praestantia nomen sortita est, quod post ab Oenotrio, Sabinorum rege, toti Italiae inditum est. Primi regionis illius incolae Oenotri et Oenotrii dicebantur, qui deinde in Siciliam transierunt, ibique Opici vocati sunt.

Oenotrides, duae Tyrrheni Maris insulae parvae contra Veliam et Haletis ostium in Lucania positae.

Oescus, opp. Triballorum in Moesia Infer. ad Oescum fluvium; h. *Oresconitz.*

Oescus, Moesiae Infer. fluv. in Triballis, qui urbem cognominem alluit; h. *Esker.*

Oesyma, Oesyme, urbs in ea Thraciae parte, quae post Macedoniae accessit, inter Strymonis et Nesti ostia jacens, quam Homerus Aesymen dicit; h. quibusd. *Cavalla.*

Oeta, Oetaeorum Montes, Oetaeus Saltus, Oetes, mons Thessaliae, cujus situs varie designatur, et sensu vel latiori sumitur, quo a Thermopylis versus orientem, ad Ambracium Sinum versus occidentem extenditur, vel strictiori, quo pars ejus altissima intelligitur prope Thermopylas, ubi ex Thessalia transitur in Locrida. Partem ejus altissimam, quae Thermopylis imminebat, Callidromon nominant plures; h. vocatur *Kumayta*, al. *Bunina*, al. *Katavothra*; incolae Oetaei, a quibus mons Oetaeorum Mons appellatus est; adj. Oetaeus.

Oeta, Oete, urbs Thessaliae, dicta a monte cognomine, cui adjacebat.

Oetes v. Oeta.

Oetylus, urbs maritima Laconicae, portu instructa; h. *Vitulo od. Vitilo.*

Ogygia, Calypsus, ins. Sinus Scylacii ad Agrum Bruttium, in qua Calypso Ulyssem et Telemacum hospitaliter excepisse dicitur.

Ogygia, urbs amplae magnitudinis in Thracia sub Haemo monte.

Ogygia i. q. Aegyptus, Attica, Boeotia et Thebae.

Ogyris, ins. in Sinu Persico ad Caramaniae oram, quae Tyrrhene atque Oaracte etiam vocatur, Ibi Erythrae regis esse sepulcrum tradunt; h. putatur *Gerun.*

Olarion i. q. Uliarus.

Olbia v. Borysthenis.

Olbia, urbs Bithyniae ad occidentalem sinus angulum, portu instructa. Videtur eadem esse, quae Astacus s. Astacum.

Olbia, Galliae Narbon. opp., quod alii in Liguria ponunt, Massiliorum opus. Vulgo h. esse putatur *Yeres* s. *Hieres*; cives Olbiopolitae et Olbiani; adj. Olbenus et Olbiacus.

Olbia, urbs Pamphiliae in Lyciae confinio ad interiorem sinum posita; h. quibusd. *Acopende.*

Olbianus Sinus, ad Bithyniam, qui nomen habet ab urbe Olbia. Idem dictus est Astacenus. H. *Golfo di Comidia* vel *Ismit.*

Olbiopolis v. Borysthenis.

Olcinium, Olchinium, Ulcinium, antea Colchinium, opp. Illyrici in Dalmatia ad Trinium; h. *Dulcigno*; cives Olciniatae.

Oleärus, Oliarus, Aegaei Maris ins. e Cycladibus, vicina Paro. Putant esse h. *Antiparos.*

Oleastrum, locus in Hispania Baet. haud procul Gadibus, ubi Melae Oleaster Lucus quaerendus esse videtur.

Olĕnus, urbs Aetoliae, quam Aetoli mature everterunt, cujus ruinas apud Pleurōnem videri Strabo auctor est.

Olĕnus, Olenum, una ex duodecim Achaicis urbibus, quae jam Polybii aetate evanuerat, prope Piri fluminis ostium posita; adj. Olenius.

Olinthus v. Olynthus.

Olintigi, urbs Hispaniae Baet. ad meridiem Onobae sita; h. *Palos*, al. *Moguer.*

Olisipo v. Ulyssippo.

Ollius, Galliae Cisalp. fluv., qui ad Adulam montem ortus Sebinum Lacum facit et Pado miscetur; h. *Oglio.*

Oloossŏn, ŏnis, Elasson, urbs ejus Thessaliae partis, quae vocatur Perrhebia, ad Eurotam cognom. Albam fluvium sita; h. *Alassona.*

Olpae, arx Epiri maritima apud Argos in colle posita; fere ubi h. *Vlicha.*

Olūrus, castellum montanum Achajae in Pellenes territorio.

Olus, untis, Olulis, urbs cum portu in Creta ins. prope Chersonesum; h. *Mirabello*; cives Oluntii.

Olympia, Peloponnesi in Pisatide locus prope Pisam ad Alpheum, in quo Jovis Olympii templum atque aedificia ad ludos celebrandos necessaria erant exstructa. Rudera eorum atque Pisae quaerunt, ubi h. *Langavico*, al. h. vicum *Miraka* situm esse ad orientale Olympiae veteris latus dicunt.

Olympiēum, Olympium, urbs Siciliae ins. ad Anapi ostium in colle posita, vix MD passibus Syracusis distans, in qua Jovis Olympii templum erat.

Olympus, mons in confiniis Arcadiae et Laconicae, qui cum Eva Monte atque Oeno fluvio intercurrente angustias facit, quibus via Spartam ducens communitur; h. *Olympo.*

Olympus, montium Jugum in Cypro ins., cujus summum apud Amathuntem erat cacumen.

Olympus, mons Galatiae ad caurum Onobae, fort. pars Didymi Montis.

Olympus, altus mons Lyciae, quem ignes evomere narrant, et cui urbs magni ambitus atque ejusdem nominis apposita erat, quae Phoenicus etiam appellatur; hanc nonnulli h. *Leville* dicunt; cives Olympeni.

Olympus, mons quem alii Macedoniae, alii Thessaliae adscribunt, quoniam alterum ejus latus ad Macedoniam, alterum ad Thessaliam vergit. Ejus excelsitatem plures variis modis exprimunt; hinc Deorum, Jovis maxime sedes esse fingitur. Inclaruit porro fabuloso Gigantum bello, quod sine dubio terrae motum spectat, quo ejus atque Ossae radices Peneus perrupit. H. *Lacha* vocant, Graeci *Elimbo*, Turci *Kirschisehe Dagui*, i. e. mons monachorum, quorum in eo est coenobium.

Olympus, mons Mysiae, unde etiam Mysius Ol. vocatur, Tauri brachium septentrionale et summum Asiae Min. montium jugum. Perquam silvosus fuit habuitque loca natura munita et recipiendis praedonibus apta; hinc Bithyniam, illinc Mysiam Min. attigit, inclaruitque praelio Cn. Manlii contra Galatas. H. *Anatolae-Dag*, Turcis *Keschesh-Dagh.*

Olynthus, urbs Thraciae, quae post Macedoniae accessit. Conditorem faciunt Strymonem, regem Thraciae; nomen ab ejus filio impositum est. Chalcidenses illam obtinuerunt eo tempore, quo Mardonius et Artabazus eam expugnarunt. Civitas deinde erat libera atque Atheniensibus societate conjuncta. Quam cum Philippus, Macedonum rex, obsideret, nec vi capere posset, ejus custodes auro corrupit atque ita ditioni suae adjecit. Sita fuit juxta Sithoniam Macedoniae, ubi etiam Plinius aliique ostendunt. Navale habuit Mecybernam in Sinu Toronaeo. Posteriores scriptores eam plane ignorant.

Ombrios, Ombrio, Ombrion, una ex Fortunatis Insulis ad Africam; h. *Isle de Fer od. Ferro*, al. *Palma.*

Onchesmus, Onchimus, Onchesmus Portus, Anchisae Portus, Epiri in Chaonia portus contra Corcyram positus. Ventus, ex hoc portu in Italiam navigantibus secundus, a Cicerone vocatur Onchesmites.

Onchestus, primo lucus Neptuno sacer, deinde urbs Boeotiae ad Copain lacum et Campum Tenericum. Secundum Strabonem Amphyctiones ibi judices sedebant, verum Pausaniae tempore ruinae tantum conspiciebantur, ubi h. coenobium *Mazaraki* esse volunt; incola Onchestius.

Onchestus, urbs Thessaliae in Phthiotide ad Pagasaeum Sinum. Condidit eam Onchestus, Neptuni filius, qui ibidem templum habuit; h. *Dominia*, al. *Cocino.*

Onchestus fluv., itidem in Thessalia.

Onēia, orum, montes in Attica Brilessi latus, qui usque ad Corinthi

Istmum versus occidentem extendebantur.

Oningis, Oringis, Aurinx, urbs Hispaniae Baet. in Melessum agro et regione fertilissima, prope quam argenti fodinae erant; h. non procul a *Munda*.

Onium, mons minor Corintho vicinus et usque ad Cenchreas meridiem versus porrectus atque ab Oneils diversus.

Onŏba, Hispaniae Baet. opp. maritimum non multum ab orientali Baetis ostio remotum, ubi Aestuaria Onoba inveniuntur; h. *Huelva*; al. *Gibraleon*.

Onŏba, urbs Hispaniae Baet., quae diversa videtur esse a priori, et quam h. apud *Villa del Carpis* esse putant.

Onobălas v. Tauromînius.

Onugnathos, promont ad occidentalem Cariae oram, quod Strabo Cynos Sema, Mela Aphrodisium vocat.

Onognathos, Maxilla Asini, Laconicae prom. prope Maleam alterum prom.; h. *Capo Cervi*.

Ophiūsa ins. v. Colubraria.

Ophrynium, opp. Troadis inter Dardanum et Rhoeteum, juxta quod nemus erat Hectori sacratum; h. *Kum-Kephi*.

Opis, urbs Persiae ad Tigrim in regione Apollinaritide, quae eadem esse videtur, quam Plinius Antiochiam nominat.

Opitergium, Epiterpon, urbs Venetorum inter Tarvisium et Forum Julii; h. *Oderzo*.

Oppidum Novum, Oppidum, Oppidonĕum, urbs et colonia Mauretan. Caesar., quam Claudius aedificavit; h. quibusd. *Mezuna*.

Oppidum Novum, Oppinum, urbs Mauretaniae Tingit. ad Lixum fluv.; h. *Narandscha*.

Opuuntii Locri v. Locri.

Opuntius Sinus, in Graecia situs est, ubi Boeotiae ora versus Euboeam desinit; et promontorio prope Cynum terminatur. Nomen ei vicina urbs Opus dederat. H. tradunt dici *Golfo di Negroponte*.

Opus, untis, Opŏes, entis, Opoeis, urbs Graeciae in Locris. Nomen traxit ab Opoënte, qui ibi regnavit. Quidam metropolin Locrensium Epicnemidiorum, alii Opuntiorum faciunt. A mari distabat circiter XV stadiis, atque a navali Cyno LX. H. aliis est *Oporo*, al. *Talandi*; cives Opuntii atque Opoisii.

Orbēlus, mons Thraciae, quem alii in Macedonia ponunt; h. vel *Karopnitze* vel *Monte Argentaro* appellant.

Orbilia, ita vocatur regio in Macedonia, quae juxta Orbelum montem sita est.

Orbis, Obris, Orŏbis, Galliae Narbon. fluv., qui fontes habet in Gabalorum finibus atque Cebennicis montibus. Is varias urbes praeterlapsus inter Villam Novam et Castellum Novum (*Castelnau*) in Sinum Gallicum exit; h. *Orb*.

Orbitanium, Italiae in Samnio opp., quod expugnabat Fabius; h. *Vitolano*.

Orcădes, Orchades, insulae in septentrione Britanniae Barb. sitae, quarum Mela XXX, Plin. XL. affert; h. *Orkney Inseln*.

Orchomĕnus, regio Boeotiae diu libera, ita ab Orchomeno rege dicta. Eadem prius appellabatur Andrēis, ab Andreo rege. A Minya rege Minyorum Terrae nomen traxit. Quorum cum pars Argonautarum expeditioni interfuisset, Archonautae etiam dicti sunt Minyi.

Orchomĕnus, urbs Boeotiae in regione cognomine, quae Diada prius nominabatur. Sita erat ad Cephissum fl. et Acontium montem. Quae cum a Thebanis eversa esset, Philippus Macedo incolas collegit eosque in patriam reducendos curavit. Rudera ejus conspiciuntur apud vicum *Scripu*.

Orchomĕnus, Orchomenum, urbs antiqua Arcadiae. Orchomenum conditorem producunt. Pausanias duas urbes veterem et novam commemorat, illam in montis vertice positam, hanc sub ambitum antiquorum murorum sua aetate habitatam, eamque ad montem Tactym collocat, et Neptuni ac Veneris delubra cum signis marmoreis memorat. Ruinae ejus apud vicum *Kalpaki*; cives Orchomenii. Inter hanc urbem atque Trachym montem, e

regione positam, lacus est profundus, itidem Orchomenus dictus est; h. *Kalpaki*.

Ordessus, Sarmatiae Europ. fluvius, qui Istro infunditur; h. *Sereth*.

Ordovices, pop. Britanniae Rom.; ubi h. *Wales*.

Orestae, pop. Epiri in Molosside.

Orestia, Orestis, opp. Macedoniae in Orestiade, in qua Ptolomaeus Lagi natus erat; civis Orestiaeus.

Oresta, Orestias v. Adrianopolis.

Orestia, Orestium v. Megalopolis.

Orestis v. Orestia.

Oretani, Oritani, pop. Hispaniae Tarrac., quorum terra inter Hispan. Baet. et Anam fluv. sita erat, eamque Bactis interfluebat.

Orētum, Oretum Germanorum, Orisia, urbs Hispaniae Tarrac. in Oretanis; h. ruinae ubi locus *de Oreto in la Mancha*.

Orgessum, Orgyssus, urbs Macedoniae in Pissantinis; h. *Argova*.

Orīcum, Oricus, urbs Epiri in Chaonia cum portu. Ab Euboeis Ilio reversis conditam esse scribunt auctores. In plano sita erat nec armis valida. Celebratur terebinthus Oricia. Hodiernum nomen variatur, *Orcho*, *Velona*, *Orso*; incola Oricius et Oricinus. Adjacens regio vocabatur Oricia.

Oricum, montana Assyriae regio inter Tigrim et Apolloniam sita.

Oriza, urbs Syriae in Palmyrene; h. *Sukuch*.

Oroanda, Asiae Min. in Pisidia opp. montanum, unde Oroandes Mons nomen invenit, ad orientem Antiochiae situm. Erat caput populi, qui Oroandes, Oroandenses et Orondici dicuntur, quapropter tota regio Oroandicus Tractus appellatur.

Orobiae, opp. Euboeae propae Aegas, quod mature evanuit.

Orolaunum, Oralunum, Arlaunum, Galliae Belg. opp.; h. *Arlon*, *Orlon*.

Orontes, is et ae, Asiae fluv. in Syria. Antiquiora ejus nomina sunt Typhon, Thapsaeus et Ophites. Fontes ejus in Coelesyria inter Libanum et Antilibanum juxta Heliopolin pernunt. Ab ortu terram subit, post iterum emersus inter Apameam et Antiochiam terrae hiatu absorbetur ac subter terram per XL stadia labitur, dum iterum prodeat. Antiochiam praeterlapsus in Mare Syriae cum rapidissimo cursu defertur. H. vocatur *El-Aassi*; adj. Orontēus.

Oropia v. Oropus.

Oropĭtum, Herbānum, Etruriae opp. ad Clanim, quod poster. Urbiventum, Urbevetum, Urbibentum, Ornitum, Urbs Vetus, Orvietum dictum; h. *Orvieto*.

Orōpus, urbs portu instructa et munita in Boeotiae et Atticae fin. bus, quam Athenienses occuparun. Sita erat contra Eretriam in Euboea; h. *Ropo*; territorium urbis dicebatur Oropia.

Orōpus, Macedoniae opp., in quo Seleucus Nicator natus est.

Orospēda, Ortospeda, mon. Oretanorum in Hispania Tarrac. In eo Baetis fontes habet, et nunc pro ratione locorum diversa sortitur nomina: *Sierra Vermigia*, *S. de Mu. do de Alcarezaz* et *de Ronda*.

Orthosia, urbs Cariae, quam Maeander alluit; h. *Ortosa*; civis Ortosiei.

Orthosias, Orthosia, opp. Phoenices maritimum prope Eleutheri ostium; h. *Rhas al Hesn*.

Ortigia v. Ortygia.

Ortona, urbs Latii; h. *Ortole*.

Ortygia v. Delos.

Ortygia, Ortigia, postea Nasos, parva insula ad Siciliam, quae Syracusarum pars erat.

Os Byzantiacum, Os Ponticum, Os Ponti i. q. Bosporus Thraciae.

Os Maeotidis i. q. Bosporus Cimmerius.

Osca, Osca Faventia, Ilerosca, Aetosca, Etosca, urbs opulenta Ilergetum in Hispania Tarrac.; h. *Huesca*; incolae Oscenses; adj. Oscensis.

Oscella, urbs Galliae Cisalp. in Lepontiis; h. *Domo d' Ossola*.

Osci, pop. Campaniae circa Atellas habitans; adj. Oscus.

Oscium, Thraciae fluv., qui in Rhodope monte oritur.

Osismii, Sismii, pop. Galliae Celticae, qui totum illud littus tenuerunt, ubi h. dioeceses urbium *Quimper* et *Leon* sunt.

Ossa, mons orientalis Thessaliae Macedoniae confinio et Pelio adjunctus, qui etiam Gigantum fabula innotuit; h. *Cassovo*, al. *Olira*; adj. Ossaeus.

Osteōdes, insula ad septentrionale Siciliae latus contra Solos urbem sita; h. *Alicur*.

Ossonŏba, urbs Hispaniae Lusitaniae in Cuneo; h. *Estoy*, al. *Estombar*.

Ostia, Colonia Ostiensis, Ostia Colonia, Ostia Tiberina, urbs Latii, ad alterum s. Latinum Tiberis ostium. Conditor fuit Ancus Marcius, qui salinas quoque ibi instituit, quae hodienum extant. Portum, quem meditatus fuerat Jul. Caesar, perfecit Claudius, ac postea dictus est portus Romanorum et Augusti. Hunc Trajanus reparavit ulteriusque alium tutioremque sui nominis fecit; post idem appellatus est Phari portus. H. vicus *Ostia*, ubi veteris urbis rudera videntur.

Othrys, ўos, mons Thessaliae occidentalem a Thracia disterminans; h. quibusd. *Delacha*.

Ovaca, Hiberniae fluv; h. *Boyne*.

Ovaria, Ovarium v. Ad Flexum.

Ovetum v. Lucus Asturum.

Ovilabis, Ovialis, Ovilia, urbs Norici Ripensis ad Trauuum amnem; h. *Wels*, al. *Lambach*.

Oxonia, Oxonium, Britanniae Rom. opp., cujus antiquum nomen ignoratur; *Oxford*; adj. Oxoniensis.

Oxus, fluvius Asiae post Gangem maximus, Fontes ejus in Indicis montibus veteres collocant et recentiores memorant montes *Belur Tagler*, primumque ejus nomen adferunt Harrat. In cursu dirimit Bactrianam et Sogdianam, Derbicum medios fines secat et juxta Hyrcaniam in Mare Caspium influit. Multos alios fluvios recipit, in quibus Ochum et Zariaspam. Hic sex vel septem stadia latus, rapidus, profundus, turbidus fertur et insalubris potu. H. Arabibus *Gihon*, Persis *Amuh-Darja od. Abu Amu*.

Oxyrynchus, Oxyrinchum, urbs Aegypti Infer. ad magnum occidentale Nili cornu; h. vicus *Benesch*.

Ozene, una ex maximis Indiae intra Gangem urbibus, quae Ptolomaei aetate sedes erat principis, cui nomen Tiastanis erat, posita ad Namadum (*Nerbudda*) fluvium; h. *Uzen im Reiche Malva*.

Ozogardana, Zagardia, urbs Mesopotamiae prope Euphratem sita, quae Ptolomaei Pacoria esse videtur.

Ozolae v. Locri.

P.

Paala, fluv. Galliae Cispad., qui ad orientem Rheni fluit atque Pado miscetur; h. *Savena*.

Pacencis Colonia v. Pax Julia.

Pachўnum, Pachynus, prom. Siciliae, quod orientem spectat. Frontem ejus in mare versus meridiem longe prominentem Odysseam Acram nominant; h. *Capo Passaro od. Passala*. Portum habet in laevo latere, quem Cicero Portum Pachyni, h. *Porto di Palo*, dicit.

Paconia, ins. ad Siciliam, quam quidam a Caesare Aponianam dici putant; h. *Pontalarea*, al. *Porcelli*.

Pactia v. Paros.

Pactōlus, Lydiae fluvius, a Tmolo monte delapsus Sardes perfluit, et Hermo jungitur. Aurcas trahebat arenulas, ex quo se Midas in illo lavisset, unde etiam Chrysorrhoas dictus est. Eidem Croesus divitias debebat; h. *Sarabat*; adj. Pactolides.

Pactye, Pactya, urbs Chersо-

nesi Thraciae ad Propontidem sita et XXXVI stadiis a Cardia distans; h. quibusd. *Pazzi*, al. *Panido*.

Pactyca Regio, in India inter Choaspem et Indum posita, prope quam Caspatyrus opp. (*Cabul*) situm erat; h. *Pehkely*.

Padaei, populus vagus Indiae, qui cruda carne vescebatur atque etiam aegrotos senesque mactatos comedebat.

Pado v. Paulon.

Padua v. Patavium.

Padus, Eridănus, Bodincus, Bodingus, Galliae Cisalpinae fluvius maximus. Oritur in Vagiennis ad imas Vesuli montis radices e tribus fontibus, atque triginta, sec. alios quadraginta fluminibus auge-tur, quorum quindecim laeva, reliquos dextra ripa recipit. His addendi sunt lacus in eum se cum amnibus exonerantes. Septem ostiis, quae Septem Maria quoque vocantur, in Adriaticum Mare effunditur. Nulli amnium claritate inferiorem vocat eum Plinius. H. *Po*.

Paemani, pop. Germaniae Infer.; ubi h. regio *Famine im Luxemb*.

Paeŏnes, pop., quem Latini Pannonios vocant, antiquioribus temporibus a Carniola usque in Macedoniam sedens, a quo septentrionalis Macedoniae pars dicta est Paeonia.

Paesicae, Paesici, Asiae pop., in Sogdiana ad Oxicos montes habitans.

Paestānus s. Posidoniātes Sinus, Lucaniae in Tyrrheno Mari sinus, qui Minervae Promontorio finitur et nomen ab urbe Paesto traxit; h. *Golfo di Salerno*.

Paestum, Italiae Infer. in Lucania opp., quod Vellejus Neptuniam vocat. Graecis Posidonia dicitur. Numi docent, a deductae eo coloniae tempore Latinos Paesti nomen praetulisse. Alii a Doriensibus tradunt constitutum, alii a Sybaritis, qui fuerunt Achaeorum coloni. Situm est in medio sinu, qui inde nomen invenit. Morbis obnoxium erat, quod Silari amnis stagnis tribuunt. Insalubritatem ex nebulis et foetido agro etiam nunc testantur. Olim rosarum abundantia inclaruit, sed hodie ibi spinae atque urticae offenduntur. H. *Pesti od. Pesto*; cives Posidoniatae et Posidonii.

Paesus, Mysiae Min. in Asia fluv., qui ad aquilonem urbis Lampsaci in Hellespontum infunditur.

Paesus, Apaesus, Mysiae min. opp. ad fluvium cognominem situm, quod in Homeri honorem conditum, sed mature deletum est.

Pagae, Pegae, Pache, urbs et emporium Graeciae, quod Megaridi tribuunt auctores, atque in montana ejus regione, Boeotiae vicina, locant; h. quibusd. *Livadosta*; incolae Paegaei.

Pagăsa, Pagasae, urbs Magnesiae. Nomen derivant alii a dorica voce πάγαι fontes, alii a πήγνυμι quod ibi Argo compacta fuerit. Ponitur in Magnesia, in Thessalia et Phthiotide, quod locorum vicinia facit et nominum cognatio. Navale habuit, ubi Argonautae convenerunt. Incipit autem inde Thessalia stricte dicta. H. eam *Volo* dicunt.

Pagasaeus, Pagasaicus s. Pagasicus, Pagaseticus Sinus, in Thessalia. Nominis causa in promtu est; vocatur et Pelasgicus, a Pelasgis, qui olim accoluerunt. Os patebat V. stadiis. H. *Golfo di Armiro s. Golfo di Volo*.

Pagida i. q. Belus.

Palaebyblus, Palaeobyblus, urbs Phoeniciae inter Berytum et Byblum ad ostium vallis a montibus cinctae, inter Lycum et Adonidem fluvios.

Palaemyndus v. Myndus.

Palaepăphus s. Paphus Vetus, opp. Cypri insulae; h. *Paphos*; v. etiam Paphos.

Palaepolis v. Neapolis.

Palaestina, Asiae regio, in S. L. Canaan, Terra Sancta etc. dicta, quae a Jordani fontibus usque ad extremam lacus Asphaltitae partem, sive Beersabam extendebatur. Versus orientem termini certi propter deserta loca indicari nequeunt; occidentem versus Mediterraneo Mari alluebatur. Subdividitur in Galilaeam, Phoeniciae et Coelesyriae finitimam; in Samariam, medio loco sitam inter Jordanem et Magnum Mare; et Judaeam, quae in meri-

iem vergit, Aegypto affinem. His eraea, Trachonitis atque Ituraea rans Jordanem ab oriente; et Idu-aea ac Philistaea ab occasu ad-ingendae sunt. H. *Palaestina, der idwestl. Theil Falestin.*

Palaetyrus v. Tyrus.

Palantia, Pallantia, Hispa-iae Tarrac. opp., quod alii Vae-aeis, alii Arevacis tribuunt. Virtu is fama inclaruit; h. *Palencia*; cives allantini.

Palantium, Pallantium, Pa-anteum, urbs Arcadiae ad occa-um Tegeae. Hinc Evandrum Arca-es colonos in Italiam deduxisse adunt. Jam Pausaniae aetate tan-um rudera quaedam supererant.

Palibothra, Prasiorum in In-ia caput, ad confluentem Erannoa-ae et Gangis situm, de cujus no-ine ingens est dissensio. Putatur i esse *Patelpoot-her*, al. ubi *Allha-ad*; accolae atque incolae Palibo-ri.

Palice, Palica, urbs Siciliae, am Ducetius condidit, quaeque ivo tempore floruit; h. *Palagonia*; colae Paliceni.

Paliče, s. Palicorum Lacus, Palicinus Fons, in Sicilia proxi-e urbem Palicam, ex quo lacu con-nua eructatione aquae sulphureae ad x cubitos in altum efferuntur, caden-aque in se ipsas recipiuntur.

Palatium, opp. Italiae med. in binis, ad occidentem Reatis, Abo-ginum urbs prima; h. *Polegia*.

Palinūrum, Palinūrus, pro-ont. Italiae infer. in Lucania, nod nomen ab Aeneae gubernato-ibi suffocato reperit; h. *Punta delle Spartimento*.

Palinūrus, Palinurus Por-us, urbs Lucaniae ad prom. co-nomine cum portu; h. *Porto di Palinuro*.

Pallantia v. Palantia.

Pallantium v. Palantium.

Pallēne, urbs Pallenes in Mace-onia; h. putant esse *Cancstro*; in-olae Pallenenses.

Pallēne, vicus Atticae ad Si-num Corinthiacum positus.

Pallēne, Macedoniae paeninsula frugum feracissima, inter Sinum Thermaicum et Toronaicum sita. Nomen ejus antiquius fuit Phlegra. Hoc derivant a pugna Deorum contra Gigantes, fulmine et telis confectos; quae Gigantum pugna ad terrae motus et incendia subterranea spectat, quare nomen ad alia loca caecis ignibus exusta translatum est, veluti ad Cumas Italiae. Posterius nomen accepit a Pallene, Sithonis filia. Hodie in eo tractu reperitur, ubi est *Ajomama*; alii eam *Pailluri* vocant; incolae Pallenenses.

Palma, urbs insulae Balearis majoris; h. *Palma*.

Palmaria, insula, quae Tiberis ostiis objacet atque inculta est; h. *Palmaruola*.

Palmarum Civitas v. Hiericus.

Palmȳra, Palmira, in S. L. Tadmor et Thadmor, urbs inclyta Syriae in Palmyrene et Cenobiae reginae sedes. A Salomone rege condita fertur. Longino philosopho etiam inclaruit. H. ruinae ejus, quae aliis *Tadmor* vocantur, aliis sunt ubi *Sayd*, ejus magnitudinem testantur; incolae atque accolae Palmyreni.

Paltus, urbs Syriae in agro Aradi inter Balaneas et Gabala, hodieque locus, ubi vestigia ejus inveniri putantur, vocatur *Baldo*; incolae Paltēni.

Palumbinum, urbs Italiae in Samnio, quam Carvilius expugnavit; h. *Palombaro*.

Palus, opp. bene munitum in Cephalenia ins., incolae Palaeenses et Palenses.

Palus s. Lacus Maeotis v. Maeotis.

Pamisus, Pamisum, Panisus, Peloponnesi in Messenia fluv., qui major etiam dicitur, diversus a minore, qui Laconicam a Messenia dirimit. Ejus fontes ad Thuriam, Messeniae urbem, versus Arcadiam ponunt; fluebat purus et placidus, atque a mari X fere stadia navium erat patiens atque haud procul a Corone in medium fere Sinum Messeniacum effundebatur; h. *Pirnatza*.

Pampelona v. Pompejopolis.

Pamphylia, Asiae Min. regio inter Ciliciam Asperam et Lyciam. Dicta est a Pamphyle, Rhacii et Mantus filia, vel a Pamphylo, ante Mopsopia appellata. Incolae Pamphyli et

Pamphylii; h. *e. Theil v. Caramanien.*

Pamphȳlium Mare, Pamphylius Sinus, mare et sinus Interni Maris, quod etiam Phaselicum Mare dicitur ab urbe Phaseli, ad sinum posita.

Panăces, fluv. Sami insulae prope Calchantis et Podalirii sacella, dictus ab usu medicinae pecorum, quem alii etiam hominibus prodesse dicunt.

Pandateria, Pandataria, Tyrrheni Maris ins. ultra Tiberina ostia in Formiano prope Pontias insulas. Eo Romani exsules mittere solebant, et Augustus Juliam filiam, Agrippinam et Octaviam relegavit. H. vocatur *Isola Vandotina*, al. *Pianosa*, al. *S. Maria.*

Pandion, Paridion, extrema frons orae occidentalis in Caria.

Pandionis Regio, in extrema fronte Indiae intra Gangem; ubi h. *Maraova* et *Madura.*

Pandosia, urbs Italiae infer. in Agro Bruttio prope Acheronta fluvium, in qua olim Oenotriae reges sedem habuerunt atque ubi Alexander Epirota periit; h. quibusd. *Castel Franco*; cives Pandoseni et Pandosiani.

Pandosia, urbs Epiri in Thesprotia, quam Acheron praeterfluit; civis Pandosieus.

Panēas, adis, regio Trachonitidis cum urbe cognomine.

Panēas, Panias, urbs Palaestinae in Galilaea super., quae post Caesarea Philippi a tetrarcha et conditore vel instauratore ejus appellata est, etiam Paneadis vel sub Paneo monte cognomen habuit. H. quibusdam *Pelin.*

Panēas s. Panius, fons Jordanis in Galilaea super. ad Paneum montem inter urbes Paneam et Dan.; h. *Jebel Sheik.*

Panēum, Panium, Panius Mons, in Trachonitide prope Paneadem urbem, ad cujus radices Jordanis fontes sunt.

Pangaeus, mons Thraciae, vel potius Macedoniae in Thraciae confinio, inter Strymonem et Nessum fluvios, nobilis auri argentique fodinis. Antea dictus est Carmanius; h. *Castagnatz.*

Panhellines, Panellēn generale Graecorum omnium nom

Panias i. q. Paneas.

Panionium, Panionia Reg Panium, lucus atque oppidum ritimum Joniae prope Ephesum Mycales montis radices, Neptuno cata. Ibi Jones ex XII urbibus bant ad communia consilia ineu atque in honorem Neptuni He nii sacrificium celebrandum, Prienenses praefuerunt, taurum mactarunt. H. ibi vicus *Dsch* ab *Changlee.*

Panium v. Paneum.

Panhormus v. Panormus.

Pannonia, Europae terra, sia super., Danubio, Norico et rico terminis circumscripta. D tur in superiorem et inferiorem Arabonem. Inter Savum et Dr sita dicitur Interamnia, ad Savi ripas, Ripensis et Savia, quibus quaedam Valeriae nomine, sub lerio in honorem Valeriae con accessit. H. *e. Theil* v. *Oest* v. *Ungarn*, v. *Crain*, v. *Slavo* v. *Bosnien u. Croatien.*

Pannonii, antiquissimis te ribus a Graecis Paeonii appe Pannoniae incolae. Romano i rio deleto primum a Gothis, d ab Hunnis subacti sunt.

Panopolis, Panonpolis, nos, Pano, Aegypti in The urbs antiquissima ad dextram Ni pam, unde Panopolites Nomos men invenit, quae primum C mis dicebatur. In ea Perseus cis ludis colebatur; h. *Akhmym*, *Akmin.*

Panormus, Panhormus, vitas Panormitana, Colon Augusta Panormitanor Respublica Panormitanor opp. Siciliae antiquissimum, conditores incerti sunt, nomen tem graecum habet a pulcherri portu. Olim Carthaginienses in luerunt, quibus Romani in bello p nico eripuerunt. Constabat vete et nova urbe factaque est post co nia militaris. H. *Palermo*; incol Panormitani et Panormitae; adj. P normitanus et Panormius.

Panormus, Atticae portus in gnis; h. *Porto Raphti.*

Panormus, parvus sinus et ape

portus in Achaja, e regione ipacti; h. *Teket.*

anormus, Sami ins. portus.

anos v. Panopolis.

anticapaea, Panticapaeum, . Chersonesi Tauricae prope Bos- um Cimmerium. Nomen habet urio Panticape. A Milesiis con- metropolis fuit Bosporanorum opaeorum, portu instructa atque munita; h. *Kertsch*, al. *Janicale*; la Panticapaeeus, Panticapeus anticapiates.

anticapes, is, Scythiae Europ. ius. Oritur in lacu, Hylaeam per- at atque in Borysthenem infun- r. Non constat, utrum h. sit pes, an *Samara.*

anum Satyrorumque Cam- in Aethiopia. De simiis aut fe- hominibus explicant alii, alii ve- nde repetunt, quod, cum homi- aestu fracti quieti indulgeant, le ingruente refecti excitantur, tuque saltatione et clamore se ex- rant et feras armentis infestas ent. Ex hoc insolito sono vete- numinis praesentiam augurabant Locum vero quaerunt, ubi h. la.

anyăsus, fluv. Illyrici Graeci, rachium alluens; h. *Spirnazza.*

anysus, Moesiae infer. fluv., ra Mesembriam in Pontum Euxi- emanans; h. quibusd. *Paniza.*

aphlagonia, Pylaemenia, ae min. regio, quae Parthenio Halye fluminibus, Ponto Euxino Galatia definitur. Nomen a Pa- lago s. Paphlagone derivant; h. *e. il v. Natolien*; nonnullis regio li dicitur. Incolae Paphlagŏnes, rum pars Heneti fuisse videntur; . Paphlagonius.

Tanagra, ae et orum, urbs amplae magnitudinis Boeotiae, in arduo colle ad Asopum fluv. in Atticae finibus posita. Ante Graea dicta est. In ejus agro vinum provenebat, quod generosissimum Boeotiae habebatur. H. *Scamino*; adj. Tanagraeus et Tanagrious.

Tanais v. Jaxartes.

Tanăis, Sarmatiae Europ. fluvius. Olim Amazonius ab Amazonibus accolis vocatus est. De ortu fluvii dissentiunt. Hodie compertum est, eum prodire ex vasta palude in Tatariae minoris et Rossiae magnae confinio, qui *Ivan* vel *Iwan-Otero* vocatur. Exit in Maeotin duobus ostiis, tribus hodie fere obstructis. Terminum Asiae atque Europae in illo plerique statuunt; H. *Don*, Tataris *Tuna* s. *Duna*; accolae Tanaitae; adj. Tanaiticus.

Tanăis, Sarmatiae Asiat. emporium celebre, ad fluvium cognominem positum; h. prope *Assow*.

Tanarus, Liguria fluv., qui Albam Pompejam praeterfluit, atque in Padum infunditur; h. *Tanaro*.

Tanātis, Tanetos, Britanniae Rom. ins., Duroverno propinqua; h. *Thanet*.

Tanfānae lucus, templum in Marsorum terra, inter Anisium et Lupiam flumina, prope Bogadium, quod Germanicus evertit; quibusd. h. *Corvey*, al. *Bentheimer Berg*.

Tannētis Vicus, Tanetum, Tannetum, vetus Bojorum vicus Galliae Cisalp. inter Parmam et Regium; h. *Taneto*, al. vicus *St. Illario*; incolae Tanetani.

Taphii v. Teleboae.

Taphiorum Insulae, Telebŏides, Taphiae, insulae Jonii Maris inter Achajam et Leucadiam. Maxima earum Taphus, Taphos, serius Taphiusa; h. *Meganisi*.

Taphrae, urbs Chersonesi Tauricae in isthmo, ubi is angustissimus est. Is locus etiam Taphrus appellatur a τάφρος fossa. Cum nempe Scythae diuturnum bellum gererent, servi cum dominorum uxoribus consueverunt, atque, ut redeuntes arcerent, fossam a Tauricis montibus ad Paludem duxerunt. H. urbs dicitur a Tataris *Orcapi u. Perecop*.

Taphros, Fossa, Fretum Gallicum, fretum inter Sardiniam et Corsicam; h. *die Strasse v. St. Bonifacio*.

Taphrūra, Taphra, urbs Africae propr. ad oram Numidici Sinus posita; h. *Sfax*.

Taposiris, Taposiris, Taphosiris, Tapostris, urbs Aegypti infer. inter Cynosema et Pia-

hynam, quae ab Osiridis sepulcro omen traxisse fertur, eoque celeris accolarum conveniendi locus erat. raeter hanc duae cognominesAegypti fer. urbes erant. H. quibusd. *Abusir.*

Taprobāne, prius Simundu, alaesimundu; Salice, Seleiva, Sielediva, Asiae ins. in nu Gangetico. Claudii Imp. aetas legatis, inde advectis, diligentius gnita fuit. Ei proximum est Cocum promontor. quatridui navigatione, et incipit ab Eoo Mari inter rtum occasumque solis Indiae praetexta. Quae hod. sit disceptatur, plerique consentiunt in insula *Ceylon od. Ceylan.*

Tapsus v. Thapsus.

Tarantasia, Darantasia, urbs Centronum in Gallia Narbon. et regione cognomine; h. *Moustiers*; regio *Tarantaise.*

Taras v. Tarentum.

Tarasco, Tarascum, Taruscon, urbs Galliae Narbon. ad Rhodanum e regione Belloquadrae; h. *Tarascon.*

Tarba, Tarbae, Castrum Bigerronense, urbs Galliae Aquit. in Bigerronibus ad Aturum fluv.; h. *Tarbes.*

Tarbellicae e. Tarbellae Aquae v. Aquae Augustae.

Tarcona, Tarcynia v. Tarquinii.

Tarentīnus Sinus, Italiae infer. sinus inter Calabriam et Agrum Bruttium, ab urbe adjacente appellatus. Idem a Thurio opp. Thurius vocatur. H. *Golfo di Taranto.*

Tarentum, Graecis Taras, Italiae infer. in Calabria opp.; seriori aetate Tarentus. Urbis origo varie traditur. Multi Neptuni filium, Taranta, conditorem faciunt, alii Heraclidas, unde Herculeum apud Virgilium, plerique Lacedaemoniorum Parthenios, hinc Lacedaemonium apud Horatium. Praeter commodum situm portu innotuit et Colosso. Olim potentissima urbs, post luxu debilitata, quod inprimis bello Tarentino sub Pyrrhi adventu apparuit. Laudantur ob lanae bonitatem oves Tarentinae. Tandem facta est colonia Romanorum a. U. DCXXIX. H. *Taranto, Tarent.*

Tarichēae, Palaestinae in Galilaea infer. opp. munitissimum prope urbem Tiberiadem. H. *Telkoua*, al. *Jefferkin*; adj. Tarichēus.

Tarne, es, urbs Asiae in Lydia.

Tarne, urbs Lydiae.

Tarnis, fluv. Galliae Aquit., quam a Narbonensi dividit. In Garumnam emittitur; h. *Tarn.*

Tarodūnum, opp. Germaniae Danubio et Aris Flaviis propinquum. H. al. *Mark Zadern b. Freyburg*, al. *Derendorf.*

Tarphe, urbs antiquissima Graeciae in Locris Epicnemidiis sub Oeta monte in colle posita.

Tarquinii, urbs vetus Etruriae, quam primi ejus incolae condiderunt. Ex ea Tarquinius Priscus et Superbus originem traxere. Municipium fuit. H. ejus ruinae conspiciuntur ad ortum urbis *Corneto.* Accolae atque incolae Tarquinienses.

Tarracīna, Tarracinae, Tarracena, urbs Latii, quae serius Terracina, olim Trachine, Tarrachine, dicta est, ab asperitate loci in colle; incolae vero Volsci vocarunt Anxur (ūris m. et n.), quo nomine et poetae utuntur. Ad mare sita erat et vicina Pomtinis paludibus. Colonia Romanorum fuit et templum habuit Jovis Anxuri s. Anxyri. H. *Terracina*; cives Tarracinenses; adj. Tarracinensis

Tarrăco, Sarracon, Tarraconensis Colonia, Colonia Victrix Togata, Julia Victrix Tarraconensis, urbs maritima Hispaniae in Cosetanis. Ejus origo est obscura; quidam Phoenices conditores faciunt. Sita erat ad Tulcim fluv. et sinum inter Iberi ostia et Pyrenaeos, atque metropolis Hispaniae citerioris, ab eaque etiam maxima Hispaniae pars Tarraconensis appellatur. Ejus portum Antoninus Pius amplificavit. Laudantur agri ejus vina. Tiberio imperante concessum est, ut ibi Augusto templum struerentur, quod labefactatum instauravit Hadrianus, postea Severus. H. *Tarragona*; incolae Tarraconenses; regio dicebatur Laletania atque etiam Tarraconensis.

Tarracōna, urbs Hispaniae Baet.; h. *Tarracona.*

Tarrăga, urbs Vasconum in

Hispania Tarraconensi; h. *Larraga*; incolae Tarragenses.

Tarsatĭca, Tharsaticum, urbs maritima Illyrici in Liburnia; h. vicus *Tersat*.

Tarsēium, opp. Hispaniae Baet., Herculis columnis vicinum.

Tarsium, opp. Pannoniae infer.; h. *Tersacz*.

Tarsus, Asiae min. in Cilicia urbs vetusta, magna atque florentissima, quam Cydnus perfluit. Olim Crania et Hiera dicta est. Sub Romanis philosophiae studio aliisque artibus doctorumque virorum natalibus, inprimis Pauli Apostoli, inclaruit. Mirifice J. Caesarem coluit, in cujus honorem Juliopolis nomen sumsit. H. *Tarse*.

Tartărus, Atrianus, fluv. Venetorum apud Atriam urbem. Fontes habet prope Benacum lacum atque in Mare Adriaticum exit. Ad ejus ostium erant Tartari s. Atrianorum paludes.

Tartesii, Tartessii, pop. Hispaniae Baet., Herculis columnis propinquus.

Tartessiorum Saltus, Silvae Tartessidis, in Hispania, quas Curetes incolebant. Ibi Titanes cum Diis decertasse traduntur.

Tartessis, idis, regio Hispaniae circa Calpen.

Tartessius v. Baetis.

Tartessus, Tartēsus, opp. Hispaniae Baet. Disputatur de situ hujus antiquissimae urbis. Quidam inter duo Baetis ostia ponunt, qui fluv. Tartessius appellatus esse dicitur. Post dicta fertur Gadir, quod ad Gades rectius referas. Alii eam postea Cartejam vocatam esse opinantur et hinc promiscue utuntur utroque nomine. H. fortasse *Tariffa*; adj. Tartessius et Tartessiacus.

Taruanna v. Tarvanna.

Tarusātes, Galliae Aquit. pop. inter Vasates et Auscios, ubi h. *Marsan*.

Tarusco v. Tarascon.

Tarvanna, Tarvenna, urbs Morinorum in Gallia Belg.; h. *Terouenne*.

Tarvisium, Tarvesium, Trevisium, Trevisus, Venetorum in Gallia Transpad. ad Silim fluv. urbs antiquissima, quae medio demum aevo nobilior atque episcopi sed[illegible] facta est; h. *Treviso od. Trevi*[illegible] adj. Tarvisinus, Tarvisanus et Tre[illegible]visinus.

Tasta, urbs Galliae Aquit. [illegible] Usidatiis ad Ossidam fluv. sita.

Tatta, Cappadociae in Morime[illegible] regione palus salsa; h. *Tuslag*.

Tauchira, Teuchira v. Ar[illegible]noë Cyren.

Taulantii, Illyrici pop. cir[illegible] Epidamnum s. Dyrrhachium.

Taum Aestuarium, sinu[illegible] Britanniae, qui idem ac Tava es[illegible] videtur; h. *Firth of Tay*.

Taunus, montium jugum Ge[illegible]maniae in Cattis, inter Aquas Ma[illegible]tiacas et Homburgum porrectum. Aliis iisque plurimis h. est *der He[illegible]rich* et *die Höhe*, aliis *d. Duisb[illegible]* *b. Giesen*. In eo fuit Drusi [illegible]stellum.

Taurania, Taurasium, u[illegible] Hirpinorum in Italia infer. ad Cal[illegible]ris dextram ripam. Fuit colonia Ro[illegible]manorum; h. *Toretto*, al. *Taurasi*.

Taurasia v. Augusta Taurino[illegible]rum.

Taurasini Campi, planitie[illegible] Sabinae prope Maleventum.

Taurentium, Tauroënt[illegible] Tauroëntium, Taurentum Taurŏis, entis, urbs maritima Gal[illegible]liae Narbon. inter Carsicos et Telo[illegible]nem Martium. Nomen tulit a tau[illegible]ro, navis insigni, quae primos con[illegible]ditores a Phocaeensium classe hu[illegible] dejectos vexit. Fluctuantur de ho[illegible]dierno nomine inter portum *le bra[illegible] de St. George* et *le Evescat*.

Tauresium, opp. Moesiae in[illegible]fer., Haemo monti adjacens, Justi[illegible]niani Imper. natalibus clarum, qui proxime illud Justinianam Primam condidit. H. *Giustendil*.

Tauri, Taurici, pop. saevus a Scythis oriundus, in occidentali et meridionali paeninsulae, ab eo dictae, parte sedens, qui in littus ejectos Dianae immolabat.

Tauri promont., in Lycia, quod Chelidonium etiam appellant. H. vocatur *Capo delle Celidonia*.

Tauri Aquae s. Thermae, calidi Etruriae fontes, Centumcellis propinqui.

Taurica, Taurica Regio,

arica Chersonesus v. Chersonesus Taurica.

Tauricī v. Tauri.

Tauriānum, Tauroëntum, i. Italiae infer. in Bruttiis circa Tauri ostium; h. *Gioja*, al. putant *Seminara*.

Taurinum v. Augusta Taurinorum.

Taurini, Taurisci, pop. Liguriae Padum et Alpes accolens; h. *Piemont*.

Taurinus Saltus, Taurini saltus, regio Taurinorum in Alpibus, per quam Galli in Italiam penetrarunt; ubi h. *Piemont*.

Tauris Insula, sita ad Illyrici ora maritimam in Mari Supero a procul ab Issa; h. *Torkola*.

Tauriscī, Tauruscī, pop. in Gallia inter Savum fl., Peisonem lacum, Rhaetos et Vindelicos usque ad Pannonios habitans, cujus urbs principalis Noreja fuit, a qua Noricorum nomen, apud Romanos usurpatum, manasse videntur, postquam Romanorum exercitus prope illam urbem Cimbros fugatus erat.

Tauroëntа v. Taurentium.

Tauroëntum v. Taurianum.

Taurois v. Taurentium.

Tauromenium, Tauromium, Civitas Tauromenitana, Colonia Augusta Tauromenitana, opp. Siciliae orientalis in rupe Tauro ad mare positum, vino generoso et marmore clarum. Bello servili Siculo a Romanis, servis eo inclusis, vehementissime oppugnatum est. H. *Taormina*; cives Tauromenitani; adj. Taurominitanus.

Taurominius, Onobalas, Siciliae flur. orientem versus, qui prope Tauromininum in mare infundit. H. *Alcantara*.

Tauroscythae, pop. e Tauromm stirpe, qui inde ab istmo Chersonesi Tauricae ad oram maritimam usque ad Borysthenem habitabat; nec alios in australibus paeninsulae illius montibus sedens. Terra, quam colebant, ex illorum nomine Tauroscythia appellabatur.

Taurūnum, Taururum, opp. Pannoniae infer. ad Savi et Danubii confluentem positum; h. *Belgrad-Alba Graeca* s. Graecorum; al. *Semlin*.

Taurus, promont. in orientali Siciliae latere, in quo et ad quod Tauromenium erat conditum.

Taurus, ingens montium jugum, quod ab India usque ad Chelidonium promont. Lyciae procurrit, atque adeo Asiam a septentrione versus meridiem in duas partes dividit. Varie hodie nominatur, v. c. *Bacrus*, *Cambel*, *Gimlich*.

Taurus, Taurum v. Octodurum.

Tauruscī v. Tauriscī.

Tava, Taus, sinus s. aestuarium ad orientalem Britanniae barb. oram, in quem Tavus emanat; h. *Firth of Tay*.

Tavalo, Corsicae ins. fluv. maximus; h. *Golo*.

Tavium, Tavia, urbs princeps Trocmorum in Galatia ad Halyn fluv.; h. *Goukourthoy*.

Tavus, Taus, Tava, Britanniae barb. fluv., qui in sinum cognominem effluit; h. *Tay*.

Taxila, Taxilla, Indiae intra Gangem in Taxilis urbs ingens et regia, inter Indum atque Hydaspem fluvios sita; h. *Cambaia*.

Taximyra v. Simyra.

Taygĕtum, Taygetus, Taygeta, orum, mons Peloponnesi inter Laconicam et Messeniam, qui cum prom. Taenario in Laconica finitur. Nomen habet a Taygete nympha, cum antea mons Amyclaeus vocaretur, ab Amyclis, urbe propinqua. Fuit excelsus, venationibus aptus ferisque abundans. In ejus vertice Soli equos sacrificabant. Strabonis aetate metalla in eo inventa atque effossa sunt. H. *les montagnes de Mainottes*, *Monte di Maina*, *Braccio di Maine*, *Portais*.

Teānum, Teanum Apulorum s. Apŭlum, urbs Italiae infer. in Apulia ad Frentonem fluvium. Intercidit, ejusque rudera quaerunt, ubi h. *Civitate*, al. apud vicum *Ponte Rotto*; cives Teanenses et Teani.

Teānum Sidicinum, Tiano; Teanur, opp. Sidicinorum primarium in Campania et Romanorum colonia. Situm erat ad Massicum montem et thermis nobile; h. *Teano*; incolae Sidicini, Teanitae.

Teărus, fluv. Thraciae, qui Hebro miscetur.

Teăte Marucinorum, Teatĕa, urbs Samnii in Maruccinis, in arduo colle ad Aternum fl. sita; h. *Chieti*, cives Teatini.

Teāte, n. indecl., Tectosăges, Tectosagae, fortissimi aliquando Gallorum, Pyrenaeis proximi ac Cemmeniis, quorum caput Tolosa erat; quique sedes postea ad Hercyniam silvam et Nicrum flumen posuerunt. Inde magna hominum multitudine in Pannoniam, Illyricum et Macedoniam transgressi, Asiam etiam petiverunt atque in Phrygia et Galatia consederunt. Serius circa Ancyram inveniuntur.

Tecelia, urbs Germaniae in Tubantibus, Huntae et Visurgis confluenti vicina; h. *Oldenbrook, od. Elsfleth.*

Tecmon, opp. Epiri in Molosside, quod alii Thesprotiae adscribunt; civis Tecmonius.

Tecum, Tichis, fluv. Sardŏnum in Gallia Narbon; h. *Tech.*

Tedanius, Illyrici in Liburnia fluv.; h. *Zermagna.*

Teganusa v. Theganusa.

Tege, Tegēa, urbs Africae propr. in Byzacio, propinqua Syrti minori.

Tegĕa, urbs Peloponnesi in Arcadia ultra Mantineam in Argolidis finibus. Nomen nacta est sub Tegeate, collecta ex IX pagis, atque Alĕum regem conditorem habuit. Strabonis aetate mediocri erat conditione, habuitque fanum Minervae Aleae, ab Aleo exstructum, quod omnis generis maleficis asylo erat. In eadem Pan praecipuo honore colebatur, inde Tegeas dictus. Ager ejus Tegeatis vocabatur. H. ruinae ejus *Paleo-Episcopi*, non procul *Tripolitza*; cives Tegeātae; adj. Tegeaeus, Tegeaticus et Tegeatis, f.

Tegestra, Tegestraeorum Urbs v. Tergeste.

Teĭum, Tium, Tius, Tios, urbs Paphlagoniae a Milesiis condita, quae serius Bithyniae adscribitur. In ea natus est Philetaetus, auctor generis Attalicorum regum. In eadem Apollinis erat templum, unde Teĭus vocatur. H. *Tilios od. Tios*; incolae Tiani.

Telamon, urbs Etruriae ad oc sum lacus Aprilis; h. ibi vicus *Telamon*

Telchines, incolae Cretae in qui Curetes etiam vocantur.

Telchinia, vetus ins. Cr nomen.

Telchinia v. Sicyon.

Telebŏae, Taphii, pop. occidentali Acarnaniae ora insulisq Taphiis habitans, a Lelegibus ori dus. Ob piraticam male audieba Pars ejus in Italiam migrabat.

Telebŏis, pars Acarnaniae c cidentalis, antea Taphion dicta, c urbe Teleboa.

Telesia, Telessia, opp. Sa nii ad Vulturni et Sabati conflu tem, in quo Pontius rex sed habuisse videtur; h. *Telese.*

Telis, Thelis, fluv. Gal Narbon. Idem esse videtur, Graeci Ruscinonem vocant. Alii nodubrum Plinii esse pntant. H. la

Tellus Cnossia i. q. Creta.

Tellus Ilia i. q. Troas.

Tellus Maeotica i. q. Scyt

Tellus Oenotria i. q. Itali

Telmessus, Telmissus, T mēsus, Lyciae opp., quod alii Caria ponunt, propter utriusque rae confinium. Nobile fuit haru cum disciplina. Locus, in quo o stetit, nunc vocatur *Macri*; inc Telmesses et Telmessi; adj. Tel sicus et Telmissius.

Telo Martius, Galliae Narb urbs maritima, portu instructa; *Toulon.*

Telonius v. Tolenus.

Telos, ins. Cycladum, longa, ta et angusta, quae unguentis compositis innotuit. Nomen in nit a Telone conditore; prius A thusa appellata est; h. *Piscopia Dilos*; incola Telius; adj. Telinus

Telphussa, Telpūsa, u Arcadiae ad dextram Ladonis rip in colle posita; cives Telpusii.

Tembrogius v. Thymbris.

Temenites, mons prope Sy cusas se attollens.

Temenitis, idis, f., fons in meno.

Temenos, Temenus, lo Syracusis propinquus, qui ad urb referebatur. Ibi statua erat Ap linis, inde Temenites dicti.

Temĕsa, Temese, Temsa, mpsa, urbs Italiae infer. in ittiis. Condiderunt eam Ausones, ide, Thoante duce, Aetoli, quos uerunt Bruttii, et hos attrive- t Hannibal et Romani. Celebran- in ejus vicinia officinae aerariae, e tamen jam Strabonis aetate quieverant, nec hodie revixerunt. nia a. V. DLXXVIII eo dedu- est a Romanis. Ruinae ejus ubi *Torre Luppa od. Torre del Lupi*; Temesaeus et Temsanus.

Temnus, mons Asiae min., qui e ab Olympo versus occidentem nditur, Mysiamque in duas par- dividit, Idamque attingit; h. *Dag* occidentalis, *Kudy-* , orientalis pars dicitur.

Temnus, urbs Aeolidis inter n, Phocaeam et Magnesiam ad num fluv.; h. *Menimen*; cives nii et Temnitae.

Tempe Heloria v. Heloria pe.

Tempe Reatina v. Reate.

Tempe, plur. neutr., in Thessa- Loca fuerunt amoenissima inter mpum et Ossam, quae interflue- Peneus. Erant quinque M. P. itudine et ferme sesquijugeri la- dine, attollentibus se ultra ho- is visum textra laevaque leniter vexis jugis. Omnino sic appella- tur loca amoena, inprimis sil- aqua interfluente, H. quibusd. *ptomo.*

Tenchtēri, Tenctēri, Ten- ri, Germaniae interioris pop., , cum Usipetibus Rhenum trans- si, in Gallia a Romanis sunt digati atque in Sicambrorum tu- m venerunt. Ubi h. *Cleve*, *Berg Mark.*

Tenĕdos, Aegaei Maris ins. No- n ex fabula habet a Tene, quem ter Cycnus novercae causa, cum ea inclusum in mare projecisset, ad nc insulam ejectum incolae exce- runt regemque crearunt; post rtem pro deo coluerunt. Anti- ius nomen fuit Leucophrys. Sita t circa Troadem, Sigeo littori ad- sa. Habuit urbem, duos portus, mplum Apollinis Sminthei. Incla- it jam Trojana tempestate. Post rsae ceperunt. Aeolum colonia deducta est, Athenienſibus vec- tigalis fuit ac denique Romanis pa- ruit. Vino generoso, magis etiam figlinis operibus nobilitata est. Urbs h. *Tinedo*, ins. Turcis *Bozqia od. Boghée-Adassi*, *Tinedo*; incolae Te- nedii; adj. Tenedius.

Tenos, Tenus, ins. Cycladum in Mari Aegaeo. Dicta est olim Hydrussa et Ophiussa: Tenos a con- ditore Teno appellata. Ab Andro distabat passus mille, a Delo XV M. P. Oppidum in ea memoratur, in cujus ruinis h. vicus cum por- tu *S. Nicolò*. Clarissimum habuit Neptuni templum, in quo Neptunus tanquam medicus colebatur. Olim serpentibus scatebat, quos Neptunus ciconiarum ope sustulisse dicitur. Vino praestabat insula: fuit sub di- tione Atheniensium, quibus erepta in servitutem redacta est ab Ale- xandro, postea ad Romanos perve- nit. Nata ibi est Erinna poetria. H. dicitur Italis *Tino*, Francogallis *Tene*.

Tentyra, Aegypti in Thebaide opp. ad sinistram Nili ripam situm, cum Isidis templo. Ejus incolae for- titudine et calliditate, qua crocodi- lis insidiabantur, inclaruerunt. H. *Dendcrah*.

Teos, Teus, Teum, opp. Jo- niae amplissimae magnitudinis cum portu, quem Livius Geraesticum ap- pellat. Conditorem faciunt Atha- mantem, unde etiam ante Athamas vocatum est. In paeninsula situm est, clarosque cives habuit, iis qui- bus Anacreon excellit. H. prope par- vam urbem *Sedgigiek* ruinae, quibus nomen dant *Bodrun*; incolae Teii; adj. Tejus.

Terebus, Terebris v. Tader.

Terēdon, Diridotis, urbs Ba- byloniae cum portu, ad occidentale Tigridis ostium sita. Ejus ruinae non procul ab urbe *Balsora*.

Tergeste, es, f., Tergeste, is, n. Tergestum, Tegestra, Tegestraeorum urbs, Carnio- rum, sec. alios Istriae vicus, deinde oppidum, ad intimum Adriae sinum. Id Romanis innotuit bello contra Japodes, ejusque opportunitate Au- gustus in illo usus est; idem sub Vespasiano, ut verisimile est, fa- ctum est colonia, ex quo tempore majora cepit incrementa. H. *Trieste*; adj. Tergestinus et Tergestaeus.

Tergestinus Sinus, intima Adriatici Maris pars versus septentrionem, a Tergeste urbe adjacente appellatus, quem Stephanus Aquilejum etiam vocat. H. *Golfo di Trieste.*

Teria, Terĭa, mons aut oppidum Troadis.

Terina, urbs Bruttiorum, quam aedificarunt Crotoniatae, non procul a mari distans et sinu, inde Terinaeo dicto. Quae cum ab Hannibale deleta esset, nunquam vires revocavit, unde etiam sinus nomen extinctum est, in cujus locum Vibonensis et Hipponiatae successit. H. *Golfo di Eufemia* dicitur, a vico cognomine, infra quem ruinae urbis conspiciuntur.

Teriōli, Teriōlis, Teriola castra, Genaunorum in Rhaetia opp. vel castellum, Athesin fl. adjacens; h. *Tirol.*

Termes, Termēsus, Termantia, urbes duae in Hispania Tarrac., quarum una Pelendonum erat, atque olim Numantiae partibus studebat, Arevacorum altera, quae in colle posita erat. Una earum h. *Ermita de nuestra Sennora de Tiermes*, alteram magis meridiem versus sitam esse putant. Incolae utriusque Termestini, Termesii, Termantini et Termantes.

Termessus, Termissus, Termēsus, Telmissus, urbs munita Pisidiae in Tauri cacumine posita, quae major dicitur, ut discernatur a minore, itidem in Pisidia, quae ejus erat colonia. Sita fuit ad pylas, per quas transitus erat in Lyciam. Rudera ejus h. *Sahenet* vocantur; cives Termessei.

Terponus, urbs montana Japodum in Illyria; h. *Tesehernemble.*

Terracina v. Tarracina.

Terra sancta v. Palaestina.

Tesāna, Tesanum, Feltrinorum in Rhaetia opp. vel castellum; h. *Tesino.*

Tetarium v. Tyriaeum.

Tetranaulochus i. q. Naulochus.

Tetrapolis Attica, regio Atticae septentrionalis, quae urbes Oenoen, Marathonem, Probalinthum et Tricorythum complectebatur.

Tetrapolis Dorica, sedes Dorum in Locride, in qua Erineum, Pindus et Cytinium oppida erant sita.

Tetrapolis Syriae, regio Syriae, urbes Antiochiam, Apameam, Laodiceam et Seleuciam continens.

Tetrapyrgia, opp. Garsaurae dis in Cappadocia; h. *Ingem.*

Tetrĭcus mons, Tetricae pes, Tetrica, mons asperrimus Sabinae, Apenninis junctus, a quo tristes homines tetricos dicimus; h. *Monte S. Giovanni.*

Teuchira v. Arsinoë Cyrenaicae.

Teucri i. q. Trojani.

Teucria i. q. Troja.

Teuderium, opp. Germaniae Mediolanio et Bogadio propinquum; h. *Detern.*

Teumēssus, Teumessus, Boeotiae mons exiguus, prope Thebas, in quo Herculem, paene adhuc puerum, leonem Teumessium interfecisse, eique pellem detraxisse traditum, qua postea pro pallio usus est. Numeratur etiam in his, qui Bacchi sacris dedicati erant. In eodem monte ropam a Jove absconditam esse dicunt.

Teumessus, parvulum Boeotiae opp., agro Thebano propinquum.

Teurisci, pop. septentrionales Daciae, ubi h. *Siebenbürgen.*

Teurnia, Norici mediterranei opp.; h. quibusdam *Villach*, *Lavinfeld.*

Theuthrania, urbs Mysiae, a Teuthrante dicta, ubi regum Mysorum sedes erat. In ejus territorio Caici fontes erant.

Teutiburgum v. Teutoburgium.

Teutoburgiensis saltus, Germaniae locus famosus eo, quod anno p. Chr. n. IX tres legiones Romanorum fortissimae, Quintilio Varo duce, a Germanis Arminii ducibus in trium dierum pugna conclusae sunt. H. *d. Teutenburger Wald zw. Paderborn u. Osnabrück.*

Teutoburgium, castellum in saltu Teutoburgiensi, quod h. *Teutenhof b. Detmold* esse videtur.

Teutoburgium, Teutiburgum, opp. Pannoniae infer. ad Tricervium, inter Cornacum et Mursam; h. *Bieloberdo.*

Teutŏnes, Teutŏni, Germanorum populus, qui Ingaevonibus annume

r à Plinio, ita dictus a Teutone
num deo, a Tacito Tuscon ap-
to, quem indigenam et terra
n existimabant. Innotuit anno
.n. CXIII bello Cimbrico, sedes
ejus in insulis fuisse traduni,
Chersonèso Cimbricae adjacent.
ine ejus omnes omnino Germa-
populi signabantur. Adj. Teu-
ca.

habena, urbs Numidiae; incolae
enenses.

habor, Itabyrios, Itaby-
s, Atabyrion, mons Galilaeae
, qui in planitie, Esdrelon s.
el dicta, attollitur et duorum
m itinere Hierosolymis distat.
est et mira rotunditate, ejus-
stigium planitiem XXIII sta-
m continet. H. *Tabor*.

abor, Chisloth Thabor,
Galilaeae infer., ad australem
is montis declivitatem sita.

hbusium, castellum Phrygiae
ae ad Indum fluvium.

hadmor v. Palmyra.

hala, urbs Numidiae, in quam
rtha cum thesauris confugerat.
Q. Metellus vehementissime op-
tam cepit. De situ scriptores
ppant.

hamesis i. q. Tamesis.

hanetus i. q. Tanetus.

hapsacus v. Orontes.

hapsăcus, Thapsacum, in
Tiphsach, vetus et celeber-
s Syriae in Comagene empori-
ad Euphratem, ubi olim in ori-
les terras transire solebant. A
nco Nicatore Nicopolis appella-
est. H. *el Der, Deer od. Deir*.

hapsus, Tapsus, urbs Afri-
min. in Byzacio, bene munita
in promontorio sita. In ejus
ta Caesar de Pompejanis victo-
reportavit; h. *Demsas*.

hapsus, Tapsus, Siciliae opp.
eninsula prope Syracusas, quam
insulam faciunt. H. *Isola delli
ghisi*.

hapsus v. Tipasa.

harsaticum v. Tarsatica.

harsus i. q. Tarsus.

hasus, Thassus, Thalassia,
thria, Acria, Odonis, Chry-
ius. Maris Aegaei prope Thra-
, contra Nesti ostium sita. Tha-
nomen tulit a Thaso Phoenice,
quem Cadmus frates ibi reliquerat. Post a Pariis frequentata est atque urbe aucta, quae duo portus habuit. Fertilis erat, et celebratur ejus vinum, metalla, marmor candidum. Iactatur porro in ea Herculis templum et cultus. Clari cives erant Stesimbrotus historicus et Polygnotus pictor. Libertatem adepta est a Romanis a. V. DLIII. in pace cum Philippo. H. *Tasso*, incolae Thasii, Thassii; adj. Thasius.

Thaumaci, Thaumacia, Thaumaciae, Thessaliae caurinae castrum vel oppidum in rupe positum, quo transitus per Othryn montem defendebatur; h. *Taimaki* et *Thoumako*.

Thebae, Thebe, Diospolis Magna, Aegypti super. urbs longe antiquissima et diu sedes regia. Sita erat ad utramque Nili ripam, atque ambitu tam vasto, ut jam Homeri aetate Hecatompylos a centum portis vocaretur. Eadem templorum aliorumque aedificiorum magnificentia, Memnonis colossea statua insignis fuit. Aliquot clades passa est, gravissimam a Cambyse, sic ut paulatim devastata jaceret. Ejus rudera cernuntur inter pagos *Carnak*, *Luxor*, *Gurna* et *Medinet-Abu*; cives Thebaei; adj. Thebaeus, Thebaicus et Thebăis, idis, f.

Thebae, Thebe, Heptapȳlos, Cadmēa, Asopides, Dircaeae, urbs Boeotiae vetustissima et maxima. Nomen ejus ducunt a Thebe. Fabulosa murorum exstructio Zethi et Amphionis lyra nota est. Faciunt conditorem Cadmum, etsi ad arcem tantum referunt, alii instauratorem eum dicunt. Sita erat in media Boeotia, circuitu LX stadiorum, tota plana, figura rotunda, aquis abundabat, cum duo fluvii Asōpus et Ismenus per eam laberentur, ejusque septem portae celebrantur. Nobilitarunt eam, alumni Bacchus et Hercules, illustraverunt, evexeruntque Epaminondas et Pindarus, diruit Alexander M., ita tamen, ut Pindari familiae penatibusque parci juberet, instauravit Cassander. Multis omnino variisque fatis exercita fuit. H. vocatur *Thiba*, *Thiva*, *Stives*, et, ut oculati testes affirmant, praeter binas portas nihil restat. Ci-

ves Thebani; adj. Thebanus, Thebāis, idis, f.

Thebae, Hypoplacios, opp. Mysiae, vicinum Trojae, quod Achilles expugnavit et diripuit.

Thebais v. Aegyptus.

Theganūsa, Thiganusa, Teganusa, ins. ante Acritas Peloponnesi prom. posita, deserta, quae ad Messeniacum Sinum referenda est; h. *Isola di Cervi*.

Theium, urbs Macedoniae.

Themiscyra, orum, Themiscyrium, urbs Ponti prope Thermodontis ostium, Amazonum regia, a quibus condita fertur. Sita erat in planitie, quae Themiscyra Campus vocabatur. H. al. *Tavagoria*, al. *Lirio*, al. *Semiso*; adj. Themiscyrēus.

Thena, Thaena, Thenae, Theaenae, urbs Africae min. in Byzacio ad initium Syrtis min., post colonia Adriani cum Aeliae Augustae cognomine; h. *Tainch*.

Thenae, opp. Cretae, vicinum Cnosso.

Theodosia, Theudosia, Capha, Cavum, urbs Chersonesi Tauricae ad sinum Ponti Euxini, Coraci promont. propinqua; h. *Caffa*, *Feodosia*.

Theodosiopolis, post Apri, Apros, opp. Thraciae, colonia Romanorum, a Claudio deducta.

Theodosiopolis, Armeniae maj. castellum montanum, a Theodosio M. exstructum. Ejus incolae postea mercatura facienda opibus adeo affluebant, ut sui juris esse possent. H. ejus etiam ruinae ignorantur.

Theōn Ochēma, Deorum Currus, mons altissimus Africae interioris, quem noctu tantum flagrasse Hanno scribit. H. est, ut certo constat, *Sierra Liona*.

Thera, Aegaei Maris ins. Prius dicta est Calliste, post a conditore. Phoenices olim eum habitarunt, Membliario duce, quem Cadmus ibi reliquit. Plerique eam Sporadibus annumerant frugumque feracem esse perhibent. Olim sacra fuit Apollini. H. *Santorin od. Sant Erini*.

Therambus, urbs Macedoniae in Pallene paeninsula.

Therapne, Theramnae, Theramne, urbs Laconicae ad nistram Eurotae ripam. Nomen xisse ferunt a Therapne, Le filia. Dioscuri ibi colebantur Apollo, Inclaruit Helenae natali quae ibi quoque sepulta esse tur. Intercidisse videtur post nium. H. quibusd. ubi est *Za* incola Therapnaeus.

Therapne e. q. Corsica.

Therasia, ins. Sporadum Mari Cretico, ad caurum The Callistes sita.

Theriōdes (feris abundans) terioris Libyae regionum cogno

Therma v. Thermum.

Therma, urbs in Macedoni Thessaliae confiniis versus Th pylas.

Therma s. Therme v. T lonica.

Thermae, opp. Siciliae. ibi erant calidae, quae Her Nymphis ad recreationem a esse dicuntur. Collocatur urb pe Himeram et Aegestam. Ad nomini Himeraeae s. Himer quod Himerae incolae, des ipsorum urbe, Thermis con traduntur, sed alii id dubita situ, et intelligunt Thermas Se sias. H. *Termine*; cives Termit

Thermae Austriacae Aquae Austriacae.

Thermae Helvetiorum Aquae Helvet.

Thermae Selinusiae s. S nuntiae v. Ad Aquas.

Thermaicus Sinus, T maeus S., Macedonicum M Macedonicus Sinus. No haud dubie traxit ab adsita Therme, quam postea Thessa cam vocatam esse multi scri H. *Golfo di Salonichi*.

Thermōdon, Thermod Asiae min. in Ponto fluv., e dextram ripam Chalybes accol Alia ante gessit nomina. Oritur Armenio monte, per Themiscy Agrum labitur et prope flexuo promont. in Pontum Euxinum funditur. Celebratur ob sedes A zonum et Marti sacer erat; h. *F za*; adj. Thermodontiacus et Th modontius.

Thermōdon, parvus Boeoti fluvius. Fontes habet prope Cli

Hypaton montem et Aesopo jun-
ur.

Thermopylae, in Thessalia, sic
lae, quod calidae aquae erant in
cibus; alii nomen derivant a la-
ris calidis; quae ibi Minerva Her-
i exstruxerat. Simpliciter au-
i Pylae vocabantur ab indigenis
ccolis, Thermopylae a plerisque
ecorum. Erat ibi angustus et
ngus transitus per Oetam ex
llade in Thessaliam, ab una parte
t mare, ab altera imminebant
montium cacumina, Callidromus
Tichius. Livius transitum LX
uum latum facit. Inclaruerunt
imis Xerxis prima clade ac
idae interitu. Statis diebus ibi
bat esse conventus Graeciae,
n Pylaicum vocabant. Noti hinc
phyctiones. In hodierno nomine
tur, aliis est *Bocca di Lupo*,
Terremoto, al. *Caliar*.

Thermum, Thermus, Ther-
opp. Graeciae in Aetolia media.
conventus egerunt Aetoli, ludos-
quotannis fecerunt. H. *Evoria*;
Thermius; adj. Thermicus.

Thersitae, pop. Hispaniae occi-
talis, mare accolens, quem Han-
al in Africam traduxisse dicitur.

Thespia, Thespiae, antiquum
otiae oppidum amplae magnitu-
, positum sub Helicone monte
Sinum Crissaeum. Septingenti
um ejus cum Spartanis Thermo-
s defenderunt, quibus idem at-
illis fatum fuit. A Xerxe de-
ata denuo exstructa est. Praxi-
erat patria. Rudera ejus inve-
ntur prope *Eremo Castro od. Ri-
castro*. Incolae Thespienses, The-
dae, Thespii; adj. Thespias, adis,
Thespiacus, Thespius.

Thesprōti, Thesprotae, po-
lus primarius Epiri ad mare inde
haonibus usque ad Ambracium
um habitans. Ejus stirps erant
iopaei, Cassopaei s. Cessopi, itidem
mare.

Thesprotia s. Thesprōtis,
o Epiri ad Jonii Maris littora,
ue ad Sinum Ambracium; adj.
esprotius.

Thessalia - terminos habuit Ae-
eum Mare, Oetam montem infra-
e eum Locridem, Phocidem, Do-
em atque Aetoliam. Pindus eam
ab Epiro et Peneus atque Olympus
a Macedonia sejunxit. Nomen traxit
s Thessalo. Dicta est olim Aemo-
nia, Pelasgicum Argos, Hellas, Dryo-
pis a regibus, etiam Achaja. Divi-
debatur in IV partes, quae Pelasgi-
otis s. Magnesia, Thessaliotis, Jolci-
tis et Phthiotis erant. Romani at-
tribuerunt Macedoniae. Populi, qui
eam tenuerunt, Centauri, Lapithae,
Perrhaebi, Dolopes, Pelasgi, Myr-
mydones fuerunt. Celebrantur ejus
equi. H. *Thessalien od. Jenna*; in-
colae etiam Thessali; adj. Thessali-
cus, Thessalius, Thessalus et Thes-
salis, idis, f.

Thessalonica, Thessalonicē, urbs Macedoniae in Mygdonia, serius primaria in Macedonia prima. Olim dicta esse fertur Halia vel Therme, etsi Plinius hanc a Thessalonice distinguit. Auctorem urbis et novi nominis plerique faciunt Cassandrum, duplicemque nominis causam adfert Stephanus, vel quod Philippus ibi Thessalos vicerit, vel a nutrice filli, Nice, quae genus a Philippo ducebat. Strabonis aetate frequens fuit civibus. H. *Salonichi od. Salonik*, quae et nunc viget et multa antiquitatis vestigia et rudera servat.

Thestia, urbs Aetoliae ad ortum Agrinii; incolae Thestienses.

Thetidium, opp. Thessaliae ad ortum Pharsali cum Thetidis templo.

Theudaria, urbs Epiri in Athamania, e qua Macedones a Romanis ejecti sunt.

Theuma, Macedoniae vicus ad austrum Metropolis, versus Aetoliam situs.

Thia, Aegaei Maris insula. Silano et Balbo Coss. a. V. DCCLXXII vel p. Chr. n. XIX juxta Hieram vel Automatem natam esse refert Plinius, eamque Sporadibus adscribit. Omnino in illo maris tractu diverso tempore diversas insulas emersisse scribunt auctores. Quae sit h. nostra pro certo dici nequit.

Thicis i. q. Tecum.

Thilutha Castra, castellum Mesopotamiae australis in ins. Euphratis, Olabo, ut videtur, situm.

Thimarum, urbs Thessaliae.

Thisbe, Thisbae, opp. Boeotiae ad montis declivitatem non procul

a littore inter Creusam et Thespias positum; h. vicus *Eukesia*; adj. Thisnēus.

Thōn, urbs Africae propr., in quam se Hannibal, a Scipione fugatus, conjecit.

Thracia, Graecis Thrace, poet. Threce, ante Aria et Perce; Odrysia, Odrysia Tellus, apud scriptores medii aevi saepe Trachia, regio Europae inter Macedoniam, Haemum montem, Aegaeum Mare, Propontidem et Pontum Euxinum sita, ab occidente amnem Strymŏna olim, post, prolatis Macedoniae finibus, Nessum s. Nestum habuit. H. *Rum-Ili od. Romanien*; incola Thrax, Treissa, contr. Tressa; adj. Thracius et poët. Threicius.

Thracius Bosporus v. Bosporus Thracius.

Thria, vicus Atticae tribui Oeneidae proprius, a quo planities Thriasii Campi nomen traxit.

Thronium, urbs munita Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium amnem, ad cujus ostium Thronii portus erat.

Thule, Thyle, insula Oceani septentrionalis. In origine nominis variant auctores, sed magis etiam in insulae situ. Alii varie versus septentrionem ponunt atque ultimam insularum faciunt. Tantum constat, insulam Thulen prope Nerigonem esse quaerendam. Plerique igitur putant esse h. *Island* - Gardari insula, Islandia.

Thuria, Aepēa, Aepeia, urbs Messeniae ad Sinum Asinaeum s. Thuriatem s. Coronaeum; h. *Calamata*.

Thurii, Thurium, Thuriae, urbs Italiae infer. in Lucania inter Sybarim et Crathim fluvios. Ipsa olim dicta est Sybaris, post Copiae. Sybaris fuit opus Achaeorum, conditore Iselico, primo potens, post luxu fracta atque a Crotoniatis deleta. Novi incolae, qui post redierant, ab Atheniensibus et aliis Graecis oppressi sunt, atque urbis sedes in vicinum locum translata atque a fonte ejusdem nominis vocata est. Nomen Copiae a colonis Romanorum, eo deductis, impositum videtur. Hodiernum nomen al. est *il Capo*, al. *Torre Brodegnato*, al. *Terra Nuova*. Incolae Sybaritae, Sybaritani, Thurini, Thuritae; Sybaritanus, Sybariticus, Sybaridis, subst. carmen lascivum; Thurinus.

Thurium v. Thyreum.

Thyamis, fluv. Epiri, qui Thesprotiam et Cestrinam disterminat, prope Acherontem fluv. et Thyamprom. in Mare Jonium exit; h. *Salama*.

Thyamus, mons, qui a septentrione versus meridiem e Pindo progressus in Acarnaniam extenditur.

Thyatira, urbs Lydiae in Sardes et Pergamum Lyco adjacet. Condidit vel instauravit Seleucus Nicator, quae jam prius Pelopiae Evippiae nomine adfuisse dicit. Incolae ejus Thyatireni, qui purae textu non minus cel erant, quam luxuriae nomine audiebant. H. *Akhissar*.

Thyle v. Thule.

Thymbris, Thymber, Tembrogius, Bithyniae fluv., qui Sgario miscetur.

Thymbra, Thymbre, Troadis et sec. Strabonem camquem Thymbrius fluv. permanat que Scamandro jungitur. Nomen thymbrae herbae copia nactum putant, quam Latini canilam voc In eadem parte Troadis Strabo tplum Apollinis Thymbraei fitradit, in quo Achillem a Pinteremtum fuisse ferunt; unde ctus est locus fabulae, Achillsagittis Apollinis occisum esse.

Thynia, regio maritima Bithniae, quae a Thynis, advenis e Thracia, nomen adepta esse videtur.

Thynia, Thynias, ins. Pon Euxini, Mariandinis in Bithyn propinqua, quae a Thynis nomen invenisse videtur. Eadem etiam Dapnusa, Apollonia et Apollonias vocabatur, quia Argonautis ibi apparu Apollo, unde Apollinis insulam sacram vocarunt, eique aram statuerunt. H. *Kirpeh*, al. *Reva*, al. *Fornasia*.

Thynias, Thynnias, promont. s. acte et vicus Thraciae ad Pontum Euxinum; h. *Kiada Burun*, al. *Capo Tinno*.

Thyraea, Thyrĕa, Thyria,

bs atque ager Argolidis non procul mari, de quibus Spartani cum givis diu contenderunt; h. *Tyros.*
Thyrĕum, Thurium, Thyium, opp. Acarnaniae, Leucadi cinum.
Thysdrus, Tisdra, Tisdrus, usdrus, Oppidum Tusdritaum et Thysdritanum, Thisus, urbs Byzacenes interioris in rica propr., in qua Gordianus nuntiatus est Imperator. H. *Elame.*
Thyssagĕtae, Thussagetae, . Sarmatiae ad Tanain. Habitat olim supra Bodinos ad boream, in utraque ripa fluvii Rha ver- Mare Caspium in planitie *Capt-*
Thysus, Thyssus, urbs Maniae, Atho monti propinqua.
Tiarantus, fluv. Scythiae, qui ubio infunditur; h. *Syl.*
Tiberiacum, urbs Bojorum in lia Cispad. prope Ravennam, ad Caballos dicta; h. *Bagna Ca-*
Tiberiacum, opp. Ubiorum in a Belg., inter Juliacum et Colo- Agrippinam situm; h. *Bergen.*
Tiberias, olim Rakkah, urbs lae magnitudinis in Galilaea ad lacum Genezareth, ubi Jorex eo egreditur, qui ab ea que lacus Tiberiadis vocatur. Ab de Agrippa ornata atque in Ti- Caesaris honorem nominata est. a Vespasiano expugnata atque ta, post Hierosolyma eversa paulum vires recuperavit, ac seriori pore per plura secula celebris aeorum academia fuit. H. ruinis ruta jacet. Prope illam thermae at nobiles.
Tiberina Insula, ins. Tiberis urbem Romam; h. *San Bartholoaeo.*
Tiberiopolis, urbs Phrygiae j. non procul Eumenia; h. *Ilgiun, Stronizza;* cives Tiberiopolitae.
Tiberis, Italiae propr. fluv. manus. Vocatur etiam Tiber, Tybris, Thybris, Tibris, idis, Thymis, quas formas grammatici poetis mittunt, in vulg. sermone Tibe- Olim Albula (aqua) a colore; rro cognomen gessit Rumon a rumando ripas; in sacris Serra; in aliqua urbis parte Terentum, quod ripas tereret. Oritur in Apenninis et multis auctus fluminibus naves patitur, per partem Etruriae fertur, a qua Umbriam, Sabinos et Latinos secernit, denique juxta Ostiam in Mare Tuscum erumpit. H. *Tiber s. Tevere;* adj. Tiberinus et poet. Tiberius.
Tibĕrinum Tifernum v. Tifernum Tiberinum.
Tibilis, Thibilis, urbs Numidiae mediterranea inter Constantinam et Hipponem; h. *Hamise.* Ab eo loco aquae calidae Tibilitanae s. Thibilitanae, versus euronotum sitae, nomen traxisse videntur.
Tibiscum; opp. Daciae; h. prope *Cavaran;* al. *Titul.*
Tibiscus, Tibissus, Pathyssus, Pathissus, Tisianus, fluv., Daciam et Pannoniam disterminans, In finibus Jazygum Metanistarum ad Carpates oritur, Rhabonem excipit atque in Danubium effunditur; h. *Theis.*
Tibĭsis, fluv. Thraciae; h. *Kara Lom.*
Tibŭla, urbs Sardiniae cum portu celebri ad fretum inter Sardiniam et Corsicam, Taphros dictum; h. *Longo Sardo.*
Tibur, ŭris, Tibŭra, Tiburis, urbs vetustissima Latii, quae a Siculis, Tiburte duce, ad utramque Anienis ripam atque in ardua rupe condita est. Cum diu Romanorum potentiae restitisset, tandem iis parere coacta est. Ejus territorium multis fontibus irrigatur, aerisque temperie singulari atque amoenitate, quam Anio catarrhactis auget, in primis commendatur, quapropter multi Romanorum villas ibi habebant, inter quas Maecenatis atque Adriani Imper. exsplendescebant. H. *Tivoli;* incolae Tiburtes et Tiburtini; adj. Tiburtinus, Tiburs, Tiburtis, e, et Tiburnus.
Ticenum v. Ticinum.
Tichis, Hispaniae Tarrac. fluv. in Ceretanis, qui Rhodam alluit; h. *Muga, od. Llobregat menor.*
Tichium, opp. Aetoliae.
Tichius, sec. Strab. castellum in Thermopylis, sec. Livium autem Oetae montis cacumen.

Tichius, urbs munita Achajae Dymis vicina, cujus conditorem Herculem faciebant.

Tichiūsa, munitus in agro Mileti locus.

Ticīnum, Ticenum, serius **Papia, Pabia**, opp. Galliae Cisalp. ad Ticinum fluv., Levorum et Maricorum opus. Medio aevo regum Longobardorum sedes; h. *Pavia*.

Ticīnus, fluv. Galliae Cispadanae. In Rhaetiae finibus et Adula monte ortus Verbanum lacum efficit ex eoque decurrens contra Clastidium Pado miscetur. Inclaruit Hannibalis victoria. H. *Tessino*.

Tidanius v. Tedanius.

Tifāta, orum, montium jugum in Campania felici, quorum pars Capuae imminet. Ibi Hannibal castra posuit et Sylla Norbanum Procons. fugavit. Sacer erat Jovi, qui ibi templum habuit, inde Tifatinus dictus, et Dianae. H. *Monte di Capua*.

Tifernum Metaurense, opp. Samnii ad Metaurum fluv.; h. *St. Angelo di Vado*; incolae Tifernates Metaurenses.

Tifernum, Tiberinum, Tifernum Tiberinum, urbs Umbriae citra Apenninos ad Tiberim posita; municipium Romanorum; h. *Citta di Castello*; incolae Tifernates Tiberini.

Tifernum, regio Italiae ad Tifernum amnem sita.

Tifernus, fluv. Italiae infer. in Frentanis, qui in Apenninis fontes habet atque in Superum Mare effunditur; h. *Biferno*.

Tigis, Tigisis, urbs Mauretaniae Caesar.; adj. Tigisitanus.

Tigranocerta, urbs Asiae in Armeniae maj. et Assyriae confinio, sita in colle ad Nicephorium fluvium. Condidit Tigranes, Artaxiae filius, colonisque Graecis frequentavit. Quam cum Lucullus cepisset, peregrinos incolas remisit. H. ejus ruinae apud *Sered* esse videntur, al. *Bittis* vocantur.

Tigris, is et idis, m., in S. L. **Chiddekel**, Asiae fluv. Nomen traxit, quod sic Medi sagittam appellant, unde ejus celeritatem memorant auctores. Nomen antiquius fertur Diglito s. Diglad. Ejus fontes in regione Armeniae maj. quaerunt. Inde influit in lacum, quo transv[illegible] cto in specu mergitur, unde pro[illegible] Zoroanda erumpit. Hodie fontes [illegible] ea Assyriae parte, quae *Kiürdist*[illegible] vocatur in provincia *Scheretur*, [illegible] *Diarbekir*. Acceptis in Armenia [illegible] obus fluviis Assyriam ingreditur [illegible] Adiabenos disterminans facit Me[illegible] potamiam. Circa Seleuciam in [illegible] os divisus alveos altero meridiem [illegible] tit et Delas vocatur, altero septe[illegible] trionem. Ubi remeaverunt aqu[illegible] Pasitigris vocatur. Post Choasp[illegible] recipit; deinde in lacos Chalda[illegible] se fundit, atque ore M. P. Pers[illegible] Mari infertur, vel duobus, ut [illegible] volunt, ostiis, in quorum occiden[illegible] li urbem Teredonem ponunt. Ita [illegible] hodie effluit. Prope Seleuciam [illegible] Euphrate jungitur. Memoratur in[illegible] Seleuciam et Babyloniam canalis [illegible] gius (h. *Nahr al Mark*), fossus [illegible] leuci Nicatoris, regis et Selen[illegible] conditoris, jussu; eum postea e[illegible] sit denuo Severus, et aridum pur[illegible] vit Julianus. Multos ex Euphr[illegible] alveos hod. quoque recipit Tig[illegible] Navigabilis erat usque ad Opim[illegible] Seleuciam. H. *Tigris od. Tiger*.

Tigris, Pasitigris, Persiae [illegible] Susiana fluv., qui Eulaeum exci[illegible] ac partim Tigridi infunditur, p[illegible] tim Sinui Persico.

Tigurini, Helvetiae popul[illegible] qui Cimbris conjunctus in Allob[illegible] gum terram irruperunt et Cos. [illegible] Cassium resistentem fugarunt. [illegible] stea in Galliam Transalp. irruer[illegible] unde post cladem sociis a Ma[illegible] illatam in patriam se receperunt, [illegible] iisque pagus Tigurini nomen ac[illegible] pisse videtur.

Tigŭrum, Tigurium, Tur[illegible] cum, Thurĕgum, Duregu[illegible] Helvetiae opp. in Tigurino Pago [illegible] lacum positum, quod temporis an[illegible] qui scriptores ignorant. H. *Zurch*[illegible] adj. Tigurinus et Turicensis.

Tilaventus, Tilaventum, Ti[illegible] lavemptus, Tiliabinte, Vene[illegible] torum fluvius. In Summis Alpibus oriundus ad occasum Anassi flum. in Mare Adriaticum emanat atque ostio suo portum efficit; h. *Tagliamento*.

Tilphusium, Tilphossaeum, urbs Boeotiae, Copaidi lacui adjacens.

men invenit a Tilphusa fonte, i e monte Tilphusio profluebat citer L stadiis ab urbe Haliarto.

Timachus, Timacus, Moesiae er. fluv. in Dardanis ortus atque Danubium exiens; h. *Timok*; ac- ae Timachi.

Timāvus, Carnorum fluvius. Plu- us eum fontibus prodire multi rmant, sed de numero controver- est; cum aliis Strabo VII tantum at et Timavum e montibus de- sum sub terra occuli et sic CXXX dia emensum, sicubi iterum emer- it, in mare excurrere narrat. Uno io in intimum sinum Maris Adria- inter Aquilejam et Tergesten nditur, in quo portus fuit. H. ino.

Timolus v. Tmolus.

Tina, Tinna, Britanniae Rom. . in finibus Brit. barbarae; h. es.

Tingis, Tinge, Tingi, Tiga, sarea sc. Mauretaniae Tin- , urbs Africae in ea Maureta- e parte, quae Tingitanae nomen e traxit; Claudii colonia fuit, un- Juliae Traductae nomen ade- est.

Tingitanum Castellum, in- oris Mauretaniae Tingit. ca- llum.

Tinia, Teneas, fluv. Umbriae; *Timia*, al. *Topina*.

Tipasa, Tiposa, Thapsus, . Mauretaniae Caes. ad ortum areae, quam Phoenices condi- e videntur; h. prope *Damus*.

Tiryns, ynthis, m. fluv. Argolidis.

Tiryns, Tiryntha, urbs Ar- idis, Tirynthis, Argi filii, opus, m Cyclopes muris ingentibus mu- runt, quapropter Tirynthii hujus ificandi generis inventores ha- atur. Herculis erat patria, unde et rynthius appellatus, quamvis The- us quoque dicatur. Ibi Perseus, o occiso, sedem posuit; postea aditus eversa est. Adjacens regio ebatur Tirynthia. Incola Tiryn- ius, fem. Tirynthĕas et Tirynthis. Tirynthia Aula v. Bauli.

Tisaeus, mons s. montis culmen Thessaliae.

Tisdra, Tisdrus v. Thysdrus.

Tisia, urbs munita Agri Bruttii ad austrum Mamertii, Rhegium versus.

Tisianus v. Tibiscus.

Tissa, Tisse, urbs Siciliae, quam Onobala alluit, ad Aetnae ra- dices; h. *Randazzo*; incolae Tis- senses.

Titaresius, Titarēsus, Thes- saliae fluv. prope Olympum, qui Peneo infunditur.

Titarus, mons Thessaliae, in quo Titaresius fontes habebat.

Tithorĕa v. Parnassus.

Tithorĕa, Tithoraea, urbs Phocidis; h. *Velitza*.

Titius, Titium, Titus, Illy- rici fluv., Liburniam a Dalmatia dis- jungens; h. *Kerka*.

Tium v. Tēium.

Tlos, urbs magna Lyciae interio- ris, ad quam via super montes Ci- byram ducit.

Tmolus, poët. Timolus, mons Lydiae, Tauri latus, qui per Ly- diam extenditur; altus, sed vini cro- cique ferax; pars ejus septentriona- lis Sardibus imminet, e qua Pacto- lus profluit. Ejus cacumen Tem- psis vocatur. Antiquum Tmoli no- men Carmanorius fuit. H. *Bozdag*; al. *Tamolize*; incolae Tmolites.

Tmolus, urbs Lydiae in monte cognomine. Tiberio imperante, an- no p. Chr. n. XIX, una nocte cum duodecim aliis terrae motu interci- dit, eamque Tiberius instaurasse dicitur.

Tobinium, opp. Galliae Belg. in Helvetiis: h. *Zopfingen*.

Togata Gallia, aliis est Gallia Cisalpina, al. Gallia Cispadana s. ea, quae est inter Padum et Apenninos.

Tolbiācum, Talbiacum, Tol- piacum, Tulpiacum, Tolpia, opp. Ubiorum in Gallia Belg.; h. *Zülch od. Tülpich*.

Tolentinum, Tollentinum, opp. Italiae propr. in Piceno Agro, et municipium; h. *Tolentino*; civis Tollentinas.

Tolētum, urbs Carpentanorum in Hispania Tarrac., Tajum adjacens; h. *Toledo*; adj. Toletanus.

Tolistobōgi, Tolistobogii, Tolistoboii, unus ex tribus Ga- latiae populis primariis, qui circa Pessinuntem incolebat.

Tolŏphon, urbs Locridis orientalis; incolae Tolophonii.

Tolōsa, Tolosa Colonia, Tolosa Tectosagum, Tolosatium Urbs s. Civitas, poet. Tolosa Palladia, opp. Volcarum Tectosăgum in Gallia Narb. prima ad Garumnam. Erat amplissimum ac splendidum et jure latino donatum, in quo litterarum studia florebant. Romani illud C. a. Chr. n. annis expugnabant, Capitoliique ejus thesauros Servilius Caepio abripiebat, qui fato suo proverbio: Aurum habet Tolosanum, locum dedit. H. *Toulouse*; incolae et accolae Tolosates et Tolosani, adj. Tolosanus, Tolosas, Tolosatis, e, Tolosensis.

Tolōsa, urbs Vasconum in Hispania Tarrac.; h. *Tolosa*.

Tolpiacum v. Tolbiacum.

Tomĕus, Tomaeus, montium jugum in Messenia prope Coryphasium.

Tomi, orum, Tomis, Tomeus, opp. Moesiae infer. ad Pontum Euxinum. Nomen deducunt a dissectione (τομή) Absyrti a Medea sorore ejus facta, alii a Tomo conditore, quod nomen Milesii coloni servarunt, teste Ovidio, cujus exilio magis innotuit. Postea factum est Scythiae provinciae metropolis. Alii ponunt ubi h. *Tultscha*, alii ostendunt ubi h. *Tomiswar*; incola Tomita et Tomitanus.

Tomisa, Tomisum, urbs Sophenes in Armenia.

Torandri, Galliae Belg. pop.; ubi h. *Sceland*.

Tornacum v. Bajanum.

Torōne, Torona, urbs Macedoniae. Nomen ducunt a Torone, Protei vel Neptuni vel Phoenicis filia. Portu erat instructa; notior sinu, qui inde Toronaicus, Toronaeus vel Toronicus vocabatur, antea Mecybernaeus, dum Mecyberna stabat, quique a Canastraeo prom. ad Derrim pertinebat. Urbem h. vocant alii *Ajomama*, al. *Pergа*, al. *Castel Rampe*; sinum *Golfo di Ajomama*.

Trachēa, Tracheōtis, occidentalis, montana et aspera pars Ciliciae; incolae Tracheotae, Trachiotae.

Trachēa, Tracheotis, Seleuciae in Cilicia cognomen.

Trachin v. Heraclea Phthiotidis.

Trachinia, regio Thessaliae in Phthiotide juxta Heracleam, quae inde Trachiniae cognomen habebat; incolae Trachinii.

Trachonītis, ĭdis, Trachon, regio arenosa et montana ad austrum Damasci, inter Palaestinam et Coelesyriam, ubi quoque duo Tragōni montes erant; incolae Trachonitae.

Tragia, Tragias, Aegaei Maris ins. prope Pharmacusam, apud quam Samiorum classis a Persis victa est; videtur esse eadem, quae Tragaea.

Tragurium, Tragyrium, opp. Dalmatiae in insula, aggere cum continente conjuncta, quod marmoris praestantia celebratur; h. *Trau*.

Trajani Portus v. Centum Cellae.

Trajanopolis v. Selinus Cilociae.

Trajanopolis Thraciae, urbs Thraciae interioris, quam Trajanus condidit, quaeque postea Rhodopes provinciae metropolis fuit. H. *Asarchovo*.

Trajectum, Trajectum vetus, medio aevo Trajectus Rhenni s. ad Rhenum, Trajectum inferius, atque Ultrajectum Antonia, Batavorum in Gallia Belg. opp.; h. *Utrecht*; adj. Ultrajectinus.

Trajectus Mosae, Trajectum, Trajectensis Urbs, Trajectum Tungrorum, Tr. superius, urbs Galliae Belg.; h. *Maestricht*.

Tralles, ium, Trallis, urbs Lydiae ad Mesogis montis declivitatem in regione frugum feracissima, cujus incolae erant indigenae atque Graeci. Evanthia, Seleucia et Antiochia etiam dicta est, prius Antheia vocatam esse ferunt. H. *Sultan-Hissar*; incolae Tralliani.

Transacincum, Contra Acincum, Pannoniae infer. opp. ad Danubium exadverso Acincum; h. *Peterwardein*.

Transmontani Astures v. Astures.

Transpadana Regio i. q. Gallia Transpadana.

Transsylvania, Ultrasylvania, Pannodacia, Dacia Alpensis, Daciae provincia, usque ad

montes Carpates et Axiacem fl. pertinens; h. *Siebenbürgen*

Transcudāna, urbs Hispaniae Lusit. in Vettonibus; h. *Ciudat-Rodigro.*

Trapezopolis, Trapezupolis, urbs Cariae in Phrygiae finibus; h. *Karadschefu*; incolae Trapezopolitae.

Trapēzus, untis, urbs primaria Ponti Cappadocii ad Pontum Euxinum, Sinopensium colonia atque emporium celebre. Olim Oezoenis dicta est. Memorabile ibi est mel renenatum, quod Xenophonte teste insanos insanos et insanos sanos facit. H. *Taraboson s. Trebisonde.*

Trapēzus, untis, opp. Arcadiae ad Alpheum. Cujus cum incolae Megapolim transferendi essent, potius in Asiam ad Pontum Euxinum emigrarunt; unde jam Pausaniae tempore in ruinis jacebat.

Trasimenus lacus v. Lacus Trasimenus.

Traunus, Norici fluv., qui non procul Lentia urbe in Danubium exit; h. *der Traun.*

Treba, Augusta Treba, Marsorum in Italia propr. opp. ad Anienis fontes; h. vicus *Trevi.*

Trebia, Trebias, fluv. Galliae Cispad., qui ex Apennino delapsus prope Placentiam in Padum immittitur. Juxta eum Hannibal victoriam de Romanis reportavit. H. *Trebia, Trebbia.*

Trebiae, Treviae, opp. Umbriae; h. vicus *Trevi*, accolae et incolae Trebiates et Trebiani.

Trebŭla, urbs Campaniae montana, Suessulae vicina; h. prope *Maddaloni*; cives Trebulani Balienses.

Trebŭla, Italiae propr. in Sabinis municipium, antiquis temporibus Mutusca s. Mutuscae dictum; h. *Trentola*; incolae Trebulani Suffanotes.

Trebulanus Ager, regio Trebulam in Campania adjacens.

Trecae, Treci, Augusta Tricorum, Augustobona, Augustomana, Tricasses, Tricassae, Civitas Tricassium, urbs Galliae Lugdun. in Tricorlis; h. *Troyes*;

Treviri, Treveris v. Augusta Trevirorum.

Trēmetum v. Trimetus.

Tremonia, urbs Germaniae in Sicambris, inter Ruram et Lupiam sita; h. *Dortmund.*

Tres Tabernae v. Tabernae.

Trevisium, Trevisus v. Tarvisium.

Trevĕri, Treviri, Tribŏri, magnus Galliae Belg. pop. inter Rhenum et Mosam sedens, cujus equitatus in bellis cum Romanis excellebat.

Tribocci, Tribuci, Triboci Tribocchi, Tribochi, Trehŏci et Triboci, pop. Galliae Belg. ad Rhenum inter Mediomatrices et Treviros habitans; ubi h. *Elsass.*

Trica v. Alpina.

Tricca, Tricale, urbs Thessaliae in sinistra Penei ripa; h. *Tricala*; adj. Triccaeus.

Tricăla, Tricalum, Triocla, Triocala, castrum montanum Siciliae mediterraneae. Illustratum est bello servili Siculo, cum Tryphon, servorum rex, ibi sedem posuisset. H. apud. *Calata Bellata*, al. *Colatrasi Castello*; cives Triccalini, Tricalini.

Tricassae, Tricasses v. Trecae.

Tricasses; Trecasses, Tricasii, Tricassini, Galliae Celt. pop. inter Sequanam et Matronam fluvios incolens.

Tricastini, Tricastēni, Galliae Narbon. pop., Allobrogibus annummerandus et Segalaunis vicinus.

Trichaices, Dorum cognomen, qui in Creta ins. consederunt.

Trichonium, Trachinium, opp. Aeolidis prope Lysimachiam.

Trichonius Lacus, Aeolidis lacus amplae magnitudinis ad ortum urbis Strati et montis radicessitus.

Tricorii, Tricorium Regio, Tricorii Saltus, pop., regio et saltus in Gallia Narbon.; ubi h. *Marseille u. Aix.*

Tricorўphus, mons Arabiae felicis, in cujus tribus cacuminibus totidem erant templa.

Tricornium, Castra Tricornia, urbs Moesiae super. prope Singidunum ad Danubium; h. *Columbacz*, al. locum *Tricorni* vocari volunt.

Tridentum, serius Tridentina Civitas, Tridentinum Ca-

stellum, opp. Tridentinorum in Rhaetia ad Athesin fluvium. Colonia Romanorum fuit; post ab Attila eversum est. H. *Trient od. Trento*, accolae atque incolae Tridentini; adj. Tridentinus.

Triēres, Triēris, parvum Phoenices castellum, inter Tripolim et Libanum ad ejus australem declivitatem; incola Trierētes.

Trifanum, locus Campaniae inter Minturnas et Sinuessam; h. *Li Vagnoli.*

Trimetus, Tremetum, Diomedēa, Teutria, altera Diomedearum insularum Apuliae orae propinqua, in qua Julia, Augusti neptis, in exilio diem obiit; ibidem sec. Plin. Diomedis monumentum fuit; h. *Isola di Tremiti.*

Trileucum v. Coru.

Trimontium v. Philippopolis.

Trimontium, Selgovarum in Britannia Rom. opp.; h. nonnullis *Dowrige.*

Trinacia, Trinacria, Trinacris i. q. Sicilia.

Trinium, Trinius, fl. Frentanorum in Samnii finibus; h. *Trigno.*

Trinius, Illyrici in Dalmatia fluv. duplex; albus ex Scodro monte ortus; niger ex Lychnitide lacu. Uterque in Dalmatia jungitur atque apud Lissum effunditur. H. *Drino bianco u. Drino nero.*

Trinobantes, Trinoantes, pop. Britanniae Rom. juxta Tamesis Aestuarium. Caesaris adventu sponte se fidei ejus commiserunt, Nerone autem imperante contra Romanos rebellarunt. H. ubi *Kent u. London.*

Triocala, Triocla v. Tricala.

Triopia v. Cnidus.

Triparadisus v. Paradisus.

Triphylia, Tryphalia, Triphylis, Elidis pars meridionalis, juxta oram maritimam usque ad Alpheum et Pisatidem extensa, atque ita dicta, quod ejus incolae ex tribus diversis tribubus constarent. Ab ea Pylus Triphyliacae cognomen traxit.

Tripodiscus, vicus Megaridis in Geranea monte situs.

Tripolis, regio vel opp. Laconicae; h. *Tripolitza.*

Tripolis, urbs Phoenices portu instructa. Dicta est ex trium urbium colonis, unde constabat, Arvadi, Tyri et Sidonis. Singulae muris erant divisae, etsi hodie unius tantum vestigia apparent. Hodierna urbs ab antiqua situ distans a Turcis vocatur *Trapoli*, ab Arabibus *Tarabolos*, ab Italis *Tripoli di Soria*; cives Tripolitae.

Tripolis, urbs Asiae min., quam alii ad Cariam referunt; sita ad Maeandrum non procul Hierapoli. H. *Ostraven*, al. *Tribul*, cives Tripolitae.

Tripolis Africae v. Leptis Magna.

Tripolis, Tripolitana Provincia, pars Africae propr. ad utramque Syrtim posita. Nomen invenit ab urbibus tribus, Lepti Magna, Sabrata et Oea, quarum agros primum continebat.

Tripolis Pelagonia, Tripolitis, regio Thessaliae, Azorum, Dolilichen et Pythium urbes complexa.

Triquetra i. q. Sicilia.

Tritēa, urbs Graeciae *in finibus* Phocidis et Locridis; incolae Tritaei et Trittenses.

Tritium, opp. Autrigonum in Hispania Tarrac.; h. prope *Monasterio.*

Tritium Metallum, Hispaniae Tarrac. opp. in Verouibus; h. *Tricio*; al. *Tafalla.*

Tritium Tuboricum, urbs Varculorum in Hispania Tarrac.; h. *Motrico.*

Tritōn, ōnis, torrens Orchomeni regionis in Boeotia, apud quem Minervam educatam esse traditum; unde etiam Tritoniae cognomen habet. Urbem quoque hujus nominis in Boeotia fuisse perhibent.

Triton, Tritonis, idis, lacus in Africa prop. In ipso situ valde discrepant veteres. Hod. *dicitur Shibkah el Low - deth* i. e. palus siccata, nempe propter seriem truncorum palmeorum, quibus iter et trajectio regitur. De flumine, quod veteres eam influere narrant, dissentiunt recentiores, ex quo soli conversio facta esse videtur.

Triton, ōnis, fluv. Africae propr. Ex Usaletone monte oritur, Palladem et Libyam lacus efficit atque in Syrtim minorem prope Tacapen

exonerat. Ad hunc Minerva nasse dicitur, quae inde Tritonia Tritonis appellatur.

Tritōnum, opp. Doridis in Phocidis finibus, quod idem esse videtur Tritonus, quod Stephanus in Maedonia ponit.

Triumvirorum Insula v. Lanius fluv.

Trivicum, villa Campaniae, antea urbs, hodieque *Trevico* dicta.

Troas v. Alexandria Troas.

Troas, regio Asiae min., quae nomen cepit a Troja urbe primaria, quae oram Aegaeo Mari adjacentem amplectitur, sec. Strab. a Lecto com. usque ad Hellespontum porrecta et Rhodio fl. atque Ida monte terminata. Proprie pars erat Mysiae vel sec. Ptol. Phrygiae minoris.

Trocmi, pop. Gallicus in Galatia ad Halyis ripas habitans, quo unam Tectosagis et Tolistobogiis gravaverat.

Troesmis v. Trosmis.

Troezen, ēnis, Troezēne, Troezena, urbs montana Argolidis, cujus portus dicebatur Pogon. Omina antiquiora fuerunt Aphrodisias, Saronia, Posidonias, Apollonias et Athanis. Nomen tulit a Pittheo, Pelopis filio, in Troezenis fratris memoriam, postquam huc ex Hyperea et Anthea incolas collegerat. Urbs erat haud ignobilis, a Piraei stadiis L. remota et Neptuno sacra. In Xerxis irruptione incolae ab Atheniensium uxores, liberos, senes emissos benigne exceperunt. Auger ejus Troezene appellabatur et propinqua ora maritima Troezenium dictus; H. rudera urbis inveniuntur prope vicum *Bamala*; cives Troezenii et Troezenii.

Troglodytice, regio Aethiopiae inter Arabicum adjacens, quae inde a Berenice usque ad remotissimam partem sinus versus austrum extenditur. Incolae ejus Troglodytae nominabantur, et quamquam ceteres in multis illis cognitae terrae partibus homines speluncas incolentes norant, tamen hoc nomen ἴδιον indigenis ejus terrae mansit. H. fere ibi est *Costa di Aden*; adj. Troglodyticus et Troglodytis, idis, f.

Troja, urbs Asiae in Troade, Homeri, Virgiliique carminibus celebratissima, ita dicta a Troë rege, Erichthonii filio, cum antea a Teucro, Teucria atque a Dardano Dardania diceretur; non raro tamen a poetis pro ipso Ilio accipitur; incolae Trojani, Troi, poet. Troes Trojugĕna f. et Troiades; adj. Trojanus, Troicus, poet. Troius et Troiugĕna. m. et f. V. Ilium.

Troja, urbs Epiri in Chaonia.

Troja, urbs Venetiae in imo Maris Adriatici sinu, ubi Aeneam adpulisse tradunt.

Trojanum sc. praedium, Ciceronis villa in Latio.

Trojani, Troi, incolae Troadis et Trojae.

Troilium, opp. Etruriae.

Tropaea Augusti v. Augusti Tropaea.

Tropaea Drusi, in Germania, ubi h. Huxaria; non urbis esse nomen videntur, sed victoriae monumentum.

Tropaea Pompeji, in Hispania Tarrac. in Summo Pyrenaeo ad occasum Portus Veneris post devictos Hispanos a Pompejo tropaeum statutum.

Trosmis, Troesmis, Trismis, opp. Moesiae infer., non procul a Danubio positum.

Trotilum, locus Siciliae, media inter Syracusas et Leontinos via situs; h. *Trontello*.

Truentum, Truentinum Castellum, Truentinum Castrum, Italiae med. in Picentibus urbs magna et munitissima ad fluv. cognominem; h. *Torre Segura*, al. *Porte di Ascoli*.

Truentus, Truentinus Fluvius, in Piceno amnis, Truentum praeterfluens; h. *Tronto*.

Trutulensis Portus, Britanniae barbar. in Venicontibus portus, ex quo insulam circumnavigare conabantur. Prope *Firth of Tay* fuisse videtur.

Tubantes, Tubanti, Sabattii, pop. Germaniae inter Chamavos, Bructeros et Angrivarios habitans; ubi h. *die Grafsch. Mark*.

Tubero, Tuberus, Tonderus, Tomerus, Persiae in Gedrosia fluv., qui prope ostium lacum efficit; h. *Hor*.

ejusdem nominis urbes notae eran veteribus, ad Pontum Euxi-

Tubăris, Tubarus, Germaniae fluv. in Hermunduris in Moenum se immittens; h. *die Tauber.*

Tucca, urbs Mauretaniae Caesar., quam Ampsaga alluebat. Alteram cognominem Ptol. in interiore ejus provinciae parte memorat, idemque tertiam in Numidia.

Tucca, Tugga, opp. Africae propr. in Byzacio interiore, Terebentina cognominatum; idem ac Tuccabori esse videtur.

Tude v. Tyde.

Tuder, Tudertum, Tudertis, Colonia Fida Tuder, Tudertia, Tudertium, Tudere, opp. Umbriae, al. Etruriae, Tiberi vicinum atque in colle positum; h. *Todi*; incolae Tudertes; adj. Tudertinus.

Tugĭni, Tugeni, pop. in Helvetia, cujus caput Tugium erat; ab eo Tugenus s. Toygenus Pagus nomen invenit; ubi h. *d. Cant. Zug.*

Tulcis, Hispaniae Tarrac. in Laletanis fluv. Tarraconem praeterlabens, quem Plin. Subi vocat. H. *Francoli.*

Tuliphurdum, opp. Germaniae in Hermionibus; h. *Verden.*

Tulisurgium, urbs Germaniae in Dulgibinis, fere ubi h. *Detmold.*

Tullonium, Tulonium, urbs Vardulorum in Hispania Tarrac.; h. *Tudela.*

Tullum, Tullium Leucorum, metropolis Leucorum in Gallia Belg. ad Mosellam; h. *Toul*; incola Tullensis.

Tulpiacum v. Tolbiacum.

Tunes, Tynes, ētis, Tunis, idis, urbs Africae propr. in Byzacene ad lacum cum mari conjunctum, CXX stadiis Carthagine remota, quae in bellis cum Carthaginiensibus a pristino splendore defecit, post Carthaginem deletam rursus emersit. H. *Tunis* - Thunetum, Tuneta, Tunitium; adj. Tunetanus et Tunetaeus.

Tungri, Germaniae pop., qui Aduatici Caesaris esse videntur. Hi cum Rhenum transgressi essent, potentiam consecuti sunt.

Tungri v. Aduaca.

Turcae, Turci, pop. Sarmatiae Asiat. circa Paludem Maeotida.

Turdetani, Turdŭli, po Hispaniae Baet., cujus terra nom nabatur Turdelania.

Turdetanorum Urbs, in Tu detanis Hispaniae Baet. opp., qu Romani diruerunt; in ejus loco h diernum *Teruel* aedificatum est.

Turia, rectius Turias, Tur um, fluv. Edetanorum in Hispan Tarrac, qui prope Valentiam i Sucronensem Sinum emittitur. N tum est Turiense praelium a Po pejo ad Valentiam prospere pug tum. H. sine dubio est *Guadalavi*

Turicum v. Tigurum.

Turnacum, i. q. Tornacum; Bajanum.

Turōnes, Turonii, Turupi Turpii, pop. Galliae Celt., ubi *Touraine.*

Turōni, Turonorum Civit Turonica Urbs, Turonum Caesarodunum.

Turres, Ad, urbs Liburniae in ter Tarsaticam et Seniam posita; apud vicum *Stranke.*

Turres Aurelianae, Turre Turres Caesaris, munitus loc ad oram maritimam Calabriae; *Polignano.*

Turres, urbs Calabriae ad o tum Barii; h. *Mola.*

Turris Calarnea, locus Ma doniae inter Strymona fluv. et tho montem.

Turris Hannibalis v. Han balis Turris.

Turris Stratonis v. Caesar Palaestinae.

Turuntus, fl. Sarmatiae Euro inter Rhubonem et Chesinum se e fundens; h. al. *Düna*, al. *Windau.*

Tusca, fluv. ab, Numidiam Afr ca propr. dividens; h. *Wadi - el Berber.*

Tuscāna, urbs Etruriae, quae Tuscaniensibus condita esse videtur h. *Toscanella.*

Tusci, pop. Sarmatiae Asiat., inter Caucasum et Ceraunos sedens.

Tusci, Thusci i. q. Etrusci.

Tuscia, Thuscia v. Etruria.

Tusculanum, celebris Cicero nis villa, non procul Roma prop Tus ulum sita.

Tc scŭlum, opp. Latii vetus i ard u colled ositum et C. stadiis Ro mauodistans. Florentissimum erat

s amoenitate et Romae propinqui-
te usque ad medium aevum, quo
tcisum est; h. fere ubi *Frascati*; adj.
usculanus, Tusculanensis et poet.
usculus.

Tuscum Mare i. q. Tyrrhe-
um Mare.

Tusdritanum v. Thysdrus.

Tutēla, urbs Hispaniae Tarrac.
Celtiberis; h. *Tudela*.

Tutia, locus Edetanorum in
isp. Tarrac., apud quem Pompejus
ntra Sertorium pugnavit; h. qui-
sdam *Tous*; al. Turia legendum
itant.

Tuticum v. Equus Tuticus; in-
lae Tutienses.

Tyăna, Thyana, Thiana, ae
f orum, opp. Cappadociae, natura
arte munitum, ad Tauri montis
dices, Apollonii patria; h. *Nikdeh*,
. *Tycna*; incolae Tyanei; adj. Ty-
anensis et Tyanaeus.

Tyanitis, pars extrema Cappa-
ociae meridionalis, in qua sita e-
t Tyana.

Tyde, Castellum Tyde, Tu-
, Tudae, opp. Hispaniae Tar-
c. in Groviis s. Gruiis; h. *Tuy*.

Tylae, Thraciae interioris opp.;
Iulios.

Tympania, Tympanaea, urbs
idis.

Tymphrestus, mons Thessali-
propr., ex quo Sperchius fl. nas-
tur, et Othrys et Oeta montes ex-
runt.

Tyndăris, is et idis, Tynda-
um, urbs Siciliae maritima versus
ptentrionem, ad Heliconem flu-
um. Opus erat Dionysii majoris;
liquamdiu potens fuit ejusque pars
tari hausta est. H. rudera exigua
upersunt. Ab hac urbe promont.
yndarium nomen reperit. Incolae
yndaritae et Tyndaritani.

Typhon v. Orontes.

Tyragetae v. Tyrregetae.

Tyras, Tyra, Scythiae Europ.
luv. in Pontum Euxinum se effun-
lens. Serius accepit nomen Dana-
tris et Danaster. Originem habet
ec. Herodotum ex ingenti palude,
ua terra Scythica a Neuride sepa-
atur; fuit profundus, piscibus a-
endis aptus et bene navigabilis.
Ostium ejus maris sinum efficit. H. *Dniester, Dnestr*.

Tyras, Tyra, opp. Scythiae Europ. Ante Ophiusa dictum est, deinde a flumine Tyrae nomen traxit. Adverso fluvio navigantibus CXL stadiis ab ostio in dextra ripa objectum erat. Quaerendum esse videtur, ubi h. *Palanko* castrum cernitur.

Tyrediza, Tyrodiza, urbs maritima Thraciae in Perinthiis.

Tyriaeum v. Tetarium.

Tyrins, Tyrinthius v. Tiryns.

Tyrregetae, Tyrigetae, Tyrangitae, Tyritae, Tyragetae, pop. Scythiae Europ., qui stirpe Dacorum et Getarum esse videtur, ad dextram Tyrae ripam sedens.

Tyrrheni i. q. Etrusci.

Tyrrhenia v. Etruria.

Tyrrhēnum Mare, Tyrrenum M., Tuscum, M. Mare Inferum, M. Ligusticum, mare quod a Liguria usque ad Siciliam extenditur. Interdum tamen distingunt Ligusticum Mare, quod Liguriae littus alluit a Tusco Mari, quod est inter Etruriam et Siciliam, atque Inferum Mare appellant communi nomine id, quod ab Alpibus usque ad Siciliam pertinet.

Tyrrhēnus Sinus, ad. oram Etruriae maritimam sinus.

Tyrrheum, eadem urbs, qua Thyreum et Thyrium esse videtur.

Tyrus, Tyros, urbis celeberrima Phoenices. Quidam Sidoniorum esse coloniam putant, quos deinde opulentia et potentia superabat. Priscum ejus nomen Sor s. Tzor, unde Sarra et Sarranus in latinis auctoribus occurrit, post Tyrus, et, cum ea relicta incolae in novam Tyrum insulam migrassent, Palaetyros vocata est. Alexander M. ex vetere magnam saxorum vim ad exstruenda opera in obsidione insulae conquisivit. Haec angusto freto DCC passuum a continenti erat divisa. Inclaruit cultu Herculis, navigationibus, purpura, expugnationibus Alexandri M. Rudera ejus plurima adhuc cernuntur in insulae parte, in qua nunc est vilis vicus *Sour* dictus, Antiquae Tyri vix ruinae quaedam supersunt; incolae Tyrii adj. Tyrius. Praeter nostram quatuor eiusd

num sita, in Lydia, Pisidia atque India.

Tyscus, castellum Galatiae ad Alandrum amnem non procul Pessinunte.

Tysdrus v. Thysdrus.

Tzurulum, Tzurulus, Sy rallum, urbs munita Thraciae m diterranea atque in colle posita; h *Tschurlu.*

U.

Ubii, Eubii, pop. Germaniae, qui a. Chr. n. ad dextram Rheni ripam sedebat, quo a Suevis compulsus erat. Deinde a Vipsanio Agrippa in sinistra ejus ripa collocabatur, ubi ab occidentali fluminis flexione juxta illud usque ad Navam incolebat, nomenque Agrippinensium capiebat. Metropolis ejus Ubiorum Oppidum s. Colonia Agrippina erat.

Ucense Castrum, Ucecia, Ucetia, opp. Galliae Narbon. in Arecomicis; h. *Uzes.*

Ucŭbis, urbs Hispaniae Baet., vicina Cordubae. Inter eam et Ateguam Flumen Salsum (*Salado*) fluebat.

Udina, Utina v. Vetinum.

Ufens, entis, Aufidus, fluv. Latii, qui in montibus prope Setiam oritur et Paludes Pomptinas simul efficit; h. *Uffente*, al. *Portatore.*

Ufens, Galliae Cispad. fluvius.

Ugernum, Castrum Arelatense, urbs vetus et castellum Galliae Narbon. ad Rhodanum, ubi Avitus Imperator renunciabatur. H. *Beaucaire.*

Ulia, urbs Hispaniae Baet. prope Cordubam in monte posita; h. *Montemayor.*

Uliārus, serius Elorōna, ins. Galliae Aquit. contra Santonum littus et Carantoni ostium, cum urbe cognomine; h. *Oleron.*

Ulla, Via, fl. Hispaniae Tarrac. ad boream Minii; h. *Ulla.*

Ulpia, cognomine Nicopolis ad Nestum in Thracia.

Ulpia Sardica v. Sardica.

Ulpia Trajana v. Sarmizegethusa.

Ulpianum, Claudiopolis, Daciae mediterraneae opp.; h. *Clausenburg* s. *Coloswar* - Colosvaria.

Ulpiānum, urbs Moesiae super., quam Justinianus Imper. ornavit et auxit, unde post Justiniana secu da vocata est. H. *Giustendil* s. *stendil*; al. *Brisren od. Prisrendi.*

Ultrajectum v. Trajectum vet

Ulŭbrae, urbs vilis Latii, Pon tinis Paludibus propinqua; incol Ulubrani et Ulubrenses.

Ulyssippo, Olisippo, Oly sipsum, Ulysbona etc., urbs Lu sitaniae ad Tagi ostium. Nom ejus et originem multi ab Ulysse re petunt; certiore fide traditur, mu cipium Romanum fuisse et Felicit Julia cognominatum. H. *Lisabo* adj. Olisipponensis.

Ulyssis Portus, Siciliae in or entali ora portus.

Ulyssis Promont, Odyssēi in Sicilia; h. *Capo Marzo.*

Umbri, Ombrici, magnus It liae populus inter Padum, Tiberi et Mare Superum habitans, veri a Pelasgis sedibus pulsus in eas r giones migravit, quae ex eorum no mine Umbria vocatae sunt.

Umbria, Italiae med. regio, Etru riam et Superum Mare attingens Rubicone, Tiberi, Nare atque Ae fluminibus terminata; per Apenni nos in duas partes dividitur. H. *Ur bino u. c. Theil v. Romagna u. Pe rugia*; incola Umber; adj. Umbricus

Umbro, fluv. in Etruria; h. *Om brone.*

Umbro, mons Etruriae; h. no nullis *St. Quiricho.*

Unelli v. Venelli.

Ura Boos s. Boos Ura, Ca da Bovis, i. q. Drepanum pro

Urania, urbs Cypri ins., qua Demetrius excidit.

Uranopolis, vetus nomen Acro athi in Macedonia, ab Alexandro Cassandri fratre, renovatum.

Urba, Orba, opp. Galliae Belg

Helvetiis ad fluv. cognominem; *Orbe.*

Urbigĕnus pagus, (Verbigenus pag.) regio Helvetiorum inter Juram montem et Lemanum lacum, cujus caput erat Urba; h. *das Waadland.*

Urbinum, Urbinum Hortense, urbs Umbriae amplae magnitudinis in rupe accessu difficili sita; h. *Urbino*; accolae et incolae Urbinates cogn. Hortenses.

Urbinum, opp. Umbriae, ad Tiberim alterius cognominis, etiam Metaurense dictum, quod propius Metauro positum erat. H. *Urbania, Castel Durant*; incolae Urbinates Metaurenses.

Urbiventum v. Oropitum.

Urbis, Urbs, fluv. Liguriae, qui Varo miscetur; h. *Orbe* s. *Urbe.*

Urbs Aquensis e. q. Aquisextium.

Urbs Salvia, opp. Piceni, quod cum ac Pollentia esse videtur; h. *Visaglia.*

Urbs Vetus v. Oropitum.

Urci, Urgi, opp. Hispaniae Tarraconensis in Baeticae finibus ad mare situm. An idem olim Murgi dictum fuerit, dubitatur. Hodiernum nomen nonnulli aliud proferunt, v. c. *Almeria, Purchena, Abrucena, Almacaran, Monteagudo.*

Urcinium, Viroconium. opp. Corsicae ins. non procul prom. Rhio; *Ajaccio.*

Urcitanus Sinus, Maris Mediterranei in Hispan. Tarrac. sinus, a opp. Urci nomen dedit. H. *Golfo di Carthagena.*

Urgo, ins. Tyrrheni Maris inter Etruriam et Corsicam. Post antiquum nomen in Gorgon s. Gorgŏna mutatum fuit, uti h. *Gorgona* vocatur.

Uria, prius Hyria, urbs antiquissima et primaria Japygiae, inter Brundusium fl. et Sipontum opp. Hanc Cretenses ante bellum Trojanum condidere. H. *Oria*; incolae Hyrini et Urini.

Urias Sinus, Apuliae sinus ab urbe Uria nomen adeptus; h. *Golfo di Manfredonia.*

Urolanium, Verolamium, Verulamium, Britanniae Rom. p. et municipium in Catuellanis Catyeuchlanis. Erat una ex maximis Romanorum coloniis. H. ejus ruinae conspiciuntur prope *St. Albans*; adj. Verolamius.

Uscana, urbs Illyrici in Penestia regione et Macedoniae finibus; h. *Voscopoli.*

Uscudăma, opp. Thraciae in Bessis ad Haemum. In ejus locum Hadrianopolim successisse tradunt.

Usipĕtes, Usipetae, Usipii, Nusipii, Usippi, Germaniae populus. A Suevis sedibus pulsi ad Rhenum inferiorem progressi, trajectoque flumine per Menapiorum regionem in Galliam irruperunt. Verum Caesar victos Rhenum rursus transmittere coegit; postea inter Segum et Laganam fluvios consederunt.

Ustica, mons et vallis in Sabinorum agro.

Uthisia, Ruthisia, opp. Numidiae, quod Ampsagae forte vicinum erat.

Utĭca, Ityce, urbs antiquissima Africae propr. in Zeugitana, a Carthagine CC stadiis remota. Tyrios jactat conditores et Carthaginem vetustate superat, cujus sub imperio postea fuit. Posita erat ad Sinum Hipponiensem et maxima Libyae. Post Carthaginem eversam provinciae metropolis facta est et libera fuit, eoque Augustus coloniam deduxit. Nobilis est etiam Catonis minoris fato, inde Uticensis dicto. H. al. quaeritur, ubi *Bay-Shatter* cernitur, etsi sic mare aliquatenus, terra maris accessibus limoque aucta, recessit; alii perpaucas ejus ruinas inveniri putant prope *Porto Farina.*

Utina, Utinum v. Vedinum.

Utis, tentis, Vitis, fluv. Galliae Cisalp. in Senonum finibus; h. *Montone.*

Utum, Utus, fluv. in Moesiae infer., qui in Haemo monte ortus in Danubium infunditur; h. *Vid.*

Uxăma, Uxama Argellae, Auxima, urbs Araevacorum in Hispania Tarrac.; h. *Osma.*

Uxantis, Uxantus, Galliae Celt. ins. e regione Gobaei promont. in Osismiis; h. *Quessant.*

Uxĕla, Uzela, urbs Britanniae Rom. in Dumnoniis; h. *Exeter*, al. *Lestuthiel.*

Uxellodūnum, opp. Galliae Aquit. in Cadurcis, arte naturaque munitissimum, quod J. Caesar maxima vi multoque labore oppugnatum ad deditionem subegit. H. *Puche d' Issolon*, al. *Usselldn.*

Uxellum, urbs Selgovarum in Britannia Rom.; h. *Drumlanrig.*

Uxentum, opp. Calabriae Salentinis; h. *Ugento.*

Uxii, Oxii, incolae montis eorum, qui ad utramque Orot fluv. ripam porriguntur, Persid que et Susianam separant. Hos ri Huzitas nominare videntur, la ciniis famosos.

V.

Vacates v. Vasates.

Vacca, urbs Africae propr. in Byzacio ad austrum Ruspinae.

Vaccaei, pop. Hispaniae Tarrac. Cantabris ad meridiem habitans. Agri ejus erant juris publici, ex quorum fructibus, si quis quid detinuisset, is morte plectebatur.

Vacua, Vacos, Vacca, fluv. Hispaniae Lusit., qui prope Averium in mare exit; h. *Vouga.*

Vada, castellum Galliae Belg. ad ortum Grinnium in Batavorum Insula.

Vada Sabatia, Vada Sabotorum v. Sabata.

Vada Volaterna v. Volterrana.

Vadimōnis lacus, Etruriae in agro Ameriae rotundus et modicae magnitudinis lacus, cum insulis natantibus; h. *Lago di Bassano.*

Vagabanta, urbs Mesopotamiae non procul a Persiae finibus sita.

Vagedrūsa, fluv. Siciliae, qui cum Achate inter Camarinam et Gelam fluit; h. *Manomuzza.*

Vagum, prom. Corsicae ins. orientem versus, inter Marianam et Mantinam.

Vahălis, Vachalis, Rheni alveus sinister versus occasum in Helium ostium se effundens; h. *die Waal.*

Valentia, Civitas Valentinorum, opp. Segovellaunorum s. Segalaunorum in Gallia Narbon. ad Rhodanum; h. *Valence.*

Valentia, urbs Edetanorum in Hispania Tarrac. Sita fuit juxta Turiam fl. III M. P. a mari remota. Origo ejus referenda ad a. U. DCXVI, qua Jun. Brutus iis, qui sub Viriatho militaverant, agros oppidum dedit, quod Valentiae n men accepit. A Pompejo in be Sertoriano deleta, post instaurata colonia eo deducta est. H. *Valen*

Valentia, urbs Italiae infer Messapiis, inter Clipeas et Bru sium ad Pastum s. Pactium fl. Varie scribitur, Baletium, Balenti Valetium et Valentium. H. ibi detur *St. Marco.*

Valentia, urbs Phrygiae non procul Laodicea.

Valentia, opp. Sardiniae; ci Valentini.

Valentia v. Vibo.

Valentianae, Valentia urbs Nerviorum in Gallia Belg. Scaldim fluv. sita; h. *Valencien*

Valeria, locus munitus Lo tanorum in Hispania Tarrac.; *Valera la vieja;* incolae Valerien

Valeria, pars Pannoniae inf sita inter Danubium et Drav quae ita dicta est sec. IV a G rio Imper. in honorem conjugis. gnomine Pannoniae s. Pannonior distinguitur ab altera Valeria, liae regione inter Umbriam, Pi num et Campaniam.

Valetium v. Valentia Ital.

Vandăli, Vandalii, Vindil Wandali, populi Germaniae, fo dere juncti, inter quos praeter alio Burgundiones, Varini, Carini Guttones erant. Prius prope ora Baltici Maris habitasse videntur, se postea in mediterranea Germaniae parte, ubi h. Lusatia et Moravia est, inveniuntur. Unde ex eorum nomine Asciburgius etiam Vandalici montes vocatur.

Vangio. Vangiones v. Bortomagus.

Vangiŏnes, pop. Germaniae, enum accolens; h. ubi *Worms* s. *eyer*.

Vannia, Galliae Transpad. in chunis opp. ad Ollium fl. et su Sebinum lacum; h. *Venzone*; inco Vannienses.

Vapincum, Vappincensium vitas, opp. Galliae Narbon. in icoriis, sec. al. in Caturigibus, ad pium maritimarum occidentalem clivitatem; h. *Gap*; adj. Vapinsis.

Varagri i. q. Veragri.

Vardānus, fluv. Sarmatiae dat.; h. fortasse *Kuban*.

Vardŭli, stirps Cantabrorum ntis in Hispania Tarrac. ad occam. Vasconum sedens; h. ubi *Guicoa* et *Alava*.

Varia, urbs Hispaniae Tarrac. in eronibus, Iberum adjacens, ex eo de loco navigabilem. Eadem, quae arela s. Verela putatur. H. *Varea*.

Varisci, Varistae i. q. Narisci, aristae.

Varus, Varum, fluv. Galliam arbon. a Liguria dividens. Oritur monte Cema s. Acema in Alpis maritimis prope aream *St. Stebani*, et rapide saepe intumescit que inundat. H. *Var*.

Vasatae, Vasates v. Cossio.

Vasātes, Vacates, Basabodes, pop. Galliae Aquit.; ubi h. *Bazadois*.

Vasco v. Vasio.

Vascōnes, pop. Hispaniae Tarac. borealis, qui serius etiam in allia Aquit. considebant, unde terillorum dicebatur Vasconia; ubi *Navarra*.

Vascōnum saltus, Vasconiae altus, in Vasconibus; h. *Sierra de Orcamo, Angana, Sejos*.

Vasio, Vasis, Vasco, opp. Vocontiorum in Gallia Narbon., Troji Pompeji patria. H. est *Vaison*, ita amen, ut veteris urbis vestigia in dextra ripa fluvioli *Ouvese* sint, ubi nunc templum, cum recentior urbs *Vaison* in sinistra posita sit.

Vastetani i. q. Bastetani.

Vastonium v. Histonium.

Vecilius mons, in Latio non procul Algido oppido situs.

Vectis, Vectēsis, Vec Ictis, ins. Britanniae Rom. ad ridiem objecta, quam Vespasianus Claudio Romanis subjecit; h. *Wig*

Vectones i. q. Vettones.

Vedăsus, Vidassus, fl. Vas num in Hispania Tarrac., qui M lascus etiam dicitur. Ortus in renaeis in Oceanum Aquitan. eff ditur; h. *Bidassoa* - Bidossa.

Vedinum, Utinum, Utin Udina, urbs Galliae Transpad. Carnis; h. *Udine od. Weiden*.

Vegium, Vegia, urbs Illyr in Liburnia incerti situs; h. *Ve*

Vejens Ager, urbis Vejor territorium.

Veji, opp. Etruriae antiquu quod cum agro suo duodecim lil ris Etruriae civitatibus adnumeral tur. Olim opulentissima fuit et tentissima, splendidisque aedific ornata. Hanc Camillus post dec annorum obsidionem cuniculis ac cepit. Roma a Gallis eversa, q minus Romani, propter situs opp tunitatem imperii sedem eo transf rent, Camillus obstitit. Paulat plane defecit, sic, ut Flori aet ne ruinae quidem ejus extarent. colae Vejentes et Vejentani, Fab rum internecione notissimi; adj. jentanus et Vejens.

Velauni, Vellavi, parvus G liae Aquit. populus, sec. Caesar stirps Arvernorum, qui maxim partem in Cebennica regione et h. *Velay* incolebant.

Veldidēna, Breucorum in Rh tia opp. prope Aeni Pontem; *Wilten*.

Velĭa, Elĕa, Ella, Hel Hyela, Veliae Velea, urbs caniae, proxima Haleti fluv., quem et portus Velinus. Antea rus fuit appellata. Phocaeenses, Corsica et Massilia ejectos, conditor faciunt. Patria fuit Parmenidis Zenonis Pythagoraeorum, unde ut que Eleātes dicitur et hinc sch Eleatica. H. *Pisciotta*; incolae lienses.

Velinus, fluv. Sabinorum, in summo Apenninorum jugo fon habet prope Ternos catarrhact facit, tum Velinum lacum inre tur. H. *Velino*.

Velitrae, urbs magna et frequentissima Volscorum. Post expugnationem a Romanis ejus opes minutae sunt. Ex ea genus Augusti originem traxit. H. *Velletri*; cives Veliterni; adj. Veliternus et Veliterninus.

Vellaudunum, Vellaunodunum, opp. Galliae Celt. in Senonibus; h. *Beaume*.

Vemania, Vimania, Veniana, Venaeum, urbs Estionum in Vindelicia; h. *Immenstadt*; al. *Wangen*.

Venāfrum, Venafra, opp. Samnii in Hirpinis, sec. al. Campaniae, serius colonia Romanorum; inclaruit olei praestantia, quod in agro Venefrano proveniebat. H. prope *Venafro*; incolae Venafrani.

Venedi, Venedae, pop. Sarmaticus ad orientalem Vistulae ripam et usque ad Guttali fl. ostium et Montes Venedicos s. minores montes inter Prussiam et Poloniam habitans, prius ab Aestiis sedibus pulsus; h. *die Wenden*.

Venedicus Sinus, Baltici Maris sinus inter Vistulae et Guttali-ostium extensus, qui nomen a Venedis accolis reperit.

Venelli, Unelli, Veneli, pop. Galliae Celt. juxta Olinae fluv. ostium, quorum caput erat Coriallum (*Cherbourg*). Ubi h. *Cotentin*.

Veneris oppidum et promont. v. Aphrodisios Cilic. prom.

Veneris portus, urbis Castri Minervae in Calabria portus; h. *Porto Badisco*.

Veneris portus v. Portus Veneris in Liguria.

Veneris portus, Pyrenaei portus v. Portus Veneris etc.

Venĕtes, Veneti, Galliae Celt. pop., rei nauticae in primis peritus, mature mercaturam faciens et potentissimus, sed a J. Caesare fractus et subactus. Ubi h. *Vannes*.

Venĕti, pop. Galliae Transpad., qui antiquioribus dicitur Heneti. De eorum origine diversae feruntur narrationes; alii Gallorum progeniem, alii Henetorum quosdam ex Paphlagonia, Antenore duce, e bello Trojano hue evasisse putant. Plures auctores posteriorem sententiam verosimilem faciunt. Scilicet Heneti seditione e Paphlagonia pulsi, et des et ducem, Pylaemene rege Trojam amisso, quaerentes, in mum Maris Adriatici sinum vene unde locus Troja ibi dicitur, a pagus Trojanus. Regionem ve Venetiam dixerunt. H. fere *das netianische Königr.*; adj. Venetus.

Venetia, regio Venetorum Gallia Cisalp., quae Adriatico M Timavo flumine, Alpibus et At terminabatur. V. Veneti.

Venetia, terra Venetorum Gallia Celt. ad Oceanum Aquitan ta; ubi h. *Dep. Morbihan in Breta*

Venetia, Civitas Venetoru Civitas Venetica, Dariorigu Darioritum, Dariorigum V netorum, Veneti, urbs Ven rum in Gallia Celt. in promont posita; h. *Vannes*-Venetiae; adj. netensis.

Veneticae Insulae, pl contra regionem Venetorum in G lia Celtica sitae insulae, quar maxima h. *Belle Isle* dicitur.

Venetiae, urbs insignis in i mo Maris Adriatici recessu po Anno p. Chr. n. CCCCXXI Aqu jenses et Patavini Hunnorum terr atque ob urbium suarum excidi Adriat. Maris insulas fuga occu runt atque initio in Rivum Alt se recipientes prima Venetiarum bis fundamenta jecerunt. Sita e urbs in LX insulis, (XII aliis t dem adjectis) parvo inter se spa disjunctis. H. *Venedig*.

Venetus lacus v. Lacus B gantinus.

Venicnium, Hiberniae pro versus septentrionem, quod nom cepit ab accolis Venicniis s. Ven cniis; h. *Horre-Head*, al. *Ram Head*.

Vennŏnes, Vinnŏnes, Ve nonetes, pop. quem Strabo Vin delicis, Plin. et Ptol. Rhaetis an numerant, ad sinistram Lici parte sedens; fere ubi h. *Graubünden*.

Venta Belgarum, urbs Britanniae Rom. inter Clausentum et Callevam Atrebatiorum; h. *Winchester*.

Venta Icenorum, opp. Britanniae Rom.; h. *Caster*, al. *Lynn*.

Venta Silūrum, Britanniae Rom. opp. inter Iscam et Alionem; h. *Caër-Gwend*.

entia, urbs Allobrogum in Gallarbon; h. *Vinay.*
entisponte, Ventipo, urbs aniae Baet.; h. prope *Puente de Gonzalo.*
ennusia, urbs vetus Hirpinorum ucaniae finibus, quam modo Apumodo Peucetiae adscribunt. a est colonia et sedes armorum, Romani contra Italiae infer. poer bellarent. Horatii natalibus rtit, qui illam Altricem Apuliae t. H. *Venosa*; cives Venusini.
eragri, pop. Alpes Grajas et inas incolens; ubi h. d. *Wallimd.*
erbanus lacus v. L. Verba-

erbigenus Pagus t. q. Urbiha.
erbinum, Vervinum, Vitinum, opp. Galliae Belg. in manduis; h. *Vervins.*
ercellae, media aetate Verllis, Libicorum in Gallia Transmetropolis bene munita et magambitus, posita in finibus Insum. H. *Vercelli*; adj. Vercellen-

ergae, urbs Bruttiorum; h. icano; al. *Rogiano.*
ergellius, parvus Apuliae fluv., pugnae Cannensis locum alluit; *Vergello.*
Verométum, Verometum, . Coritanorum in Britannia Rom. r Ratas et Maridunum; h. *Willby*; al. *Burrowhill.*
Vernodubrum fl. v. Ruscino.
Verodūnum, Verodunensia Civitas, Viridunum, Vidunum, opp. Mediomatricorum Gallia Belg. Mosam adjacens; h. rdun.
Verolāmium v. Urolanium.
Veromandui, Viromandui, omandyes, pop. Galliae Belg. inr Nervios atque Atrebates; ubi h. *ermandois* - Veromanduanus Ager.
Veromandui v. Augusta Veromanduorum.
Verōna, Colonia Augusta Verona Nova Gallieniana, urbs Galiae Transpad. in Venetia, quam Athesis lluit. Condita est a Brenno, Gallorum du, a quo Brennona primum dicta est. In a vel prope eam Catullus poeta lucem idepexit, nec non Vitruvius, Plinius Maj., Corn. Nepos. Mature facta est colonia, post sub Gallieno et Augusta nominata. H. *Verona*; incolae Veronenses; adj. Veronensis.

Verōna, Berea, urbs Helvetiae in paeninsula, quam Arola, fluv. navigabilis facit; h. *Bern*; incola Bernas; accolae Bernenses.

Verrūgo, opp. Latii in Volscis, prope quod praelium inter Romanos et Volscos commissum est; h. *Gorgo.*

Verūca Castellum, in arduo colle juxta Athesin in Rhaetia positum castrum; h. *Forst in Tirol.*

Verūlae, Verulanum, opp. Latii in Hernicis; h. *Veroli*; incolae Verulani.

Verulamium v. Urolanium.

Vesbius v. Vesuvius.

Vescelia, opp. Oretanorum in Hispania Tarrac; h. *Vilches.*

Vescia, urbs Latii, Liri fluv. vicina; incolae Vescini. Regio circa Lirim fluv. usque ad Sinuessam ab iis Vescinus Ager dicebatur. Ex quo in Romanorum potestatem venit, ejus memoria intercidit.

Vesentium, Vesentia, Visentium, Visentia, urbs Etruriae non procul Volsiniensi Lacu; h. *Bisentio*; accolae atque incolae Vesentini fuisse videntur.

Veseris, fluv. vel vicus Campaniae, Vesuvio propinquus, qui nobilitatus est pugna Romanorum, duce Manl. Torquato, et Latinorum.

Vesevus i. q. Vesuvius.

Vesontio, Visontium, Visontio, Visontium Municipium, Metroplis Civitas Vesontiensium, Chrysopolis, Besontium, Sequanorum opp. in Gallia Belg. ad Dubim fluvium. Inclaruit artis oratoriae schola, amphitheatro et triumphali arcu Aureliani Imper. H. *Besançon od. Bisanz*; adj. Vesontinus.

Vestini, Samnii pop. montes incolens, qui fines habet Picenum, Aternum fluv., Adriaticum Mare atque Apeninos.

Vesŭlus, Cottiarum Alpium in Gallia Cisalp. et Ligurum Vagiennorum mons in cacumen elatus celsissimum. Oritur ibi Padus ex tribus fontibus. H. *Monte Veso od. le mont Visoul.*

Vesunna, Vesonna, Augusta Vesunna, postea Petrocorii, Civitas Petrocoriorum, Petri-

cum mari conjunctae sunt; h. quibusd. *Estang de Maguelone.*

Volsiani, pop. Hispaniae Tarrac.; ubi h. *Arragonien.*

Volgesia, Vologesias, Vologesocerta, Vologessia, Voloxesáa, Bolagasus, urbs Babyloniae ad Euphratis occidentalem ripam. Condidit Vologesus, Parthorum rex Neronis et Vespasiani tempore; h. *Mesched Hessein* dici perhibent.

Volliba, opp. Dumnoniorum in Britannia Rom.; h. *Fullmouth.*

Volsci, pop. magnus Latii novi, Ausonicae originis. Sedem habebant ad utramque Liris ripam, unde Romanis diu acerrime resistebant.

Volsciani s. q. Volciani.

Volsiniensis Lacus v. Lacus Volsiniensis.

Volsinium, Volsinii, Vulsinii, vetus Etruriae civitas libera, magna et opulenta, etiam sub Romanorum imperio. Sita fuit supra Lacum Volsiniensem in montana silvestrique regione; h. *Bolsena*; cives Volsinii et Volsinienses.

Voltumnae Fanum, locus Etruriae prope Viterbium, in quo Etrusci saepe conventus agebant.

Volturnum, Vulturnum, Campaniae castellum ad fluvii cognominis ostium situm; colonia a. U. 552. eo deducta est. H. *Castello a mare di Volturno* vel *Castel di Volturno.*

Volturnus, Vulturnus, Campaniae fluv. vadosus, rapax, celer, sonorus, pro locorum alvëique diversitate, qui ad meridiem Savonis fl. in Mare Etruscum effertur; h. *Volturno.*

Volubilis, Volubilis, urbs Mauretaniae Tingit. ad Subarem fluv.; h. *Wadilli.*

Volustana, fauces in Cambuniis Macedoniae montibus.

Voreda, urbs Brigantum in Britannia Rom.; h. *Old-Penrith.*

Vorganium, Vorgium, metropolis Ostimiorum in Gallia Celt.; h. *Corlay*, al. *Kerlaz.*

Vosagus v. Vogesus.

Vulcani Insula, Vulcania s. q. Hiera.

Vulcaniae Insulae v. Aeoliae Insulae.

Vulchalon, Nuchalon, Galliae vicus ad Garumnam; h. *Bouchalet.*

Vulgientes, Galliae Narbon. pop. Alpes incolens, stirps Tricoriorum, quorum caput Apta Julia fuit.

Vultur, uris, mons in confiniis Apuliae et Lucaniae, Apenninorum latus.

Vulturnus v. Volturnus.

X.

Xanthia, locus Thraciae; incolae et accolae Xanthi et Xanthii.

Xanthus fl. v. Scamander.

Xanthus, parvus Epiri fluvius.

Xanthus, Lyciae flumen navigabile, duobus fontibus a Cadmo monte delapsum et Pinaram praeterfluens. Juxta ripas ejus Campus erat Xanthius; h. quibusd. *Sirbi.*

Xanthus, opp. Lyciae maximum, quod sec. Stephanum Arna olim dictum est. Stadiis LXX ab ostio fluv. cognominis remotum erat. Celebratur incolarum fortitudo. Qui cum ab Harpago, Cyri regis praefecto, obsiderentur, uxores suas ac servos una cum supellectili in arce posuerunt, eamque succenderunt, deinde omnes in hostes irruentes interfecti sunt. Non minus virtute excelluerunt in bello civili, cum Brutus urbem expugnaret atque incendio deleret. Postea refecta est atque hod. vocatur *Essenide*; cives Xanthii.

Xena, locus in Creta ins., ubi sec. Plutarchum Lycurgus sepultus est.

Xiline, Xyline, urbs Cappadociae; h. *Sentina.*

Xuthia, regio vel urbs circa Leontinos in Sicilia, fortasse vetus ejus urbis nomen.

Xyline Come, Asiae min. vicus, inter Pamphyliam et Taurum montem situs.

Xynia, Xyniae, urbs Thessaliae; cives Xynii.

Z.

abas, Zabatus minor v. Ca-
fl.
abatus major v. Lycus fl. Assyr.
abdicēne, Bahdicēne, regio
potamiae circa Zabdam s. Bezab-
urbem, quae sub Joviano Persis
essa est; incolae Zabdaei.
abiona, urbs Libyae, apud quam
num a Bacchо monstrum prostra-
est.
acynthus, g. c., ins. Maris
ii. Olim appellata est Hyrie. Za-
hi nomen ab urbe, atque haec a
ynthо, Dardani filio, traxit. In si-
uriant auctores. Alii magis, quam
halleniam, ad occasum Peloponnesi
inant, alii contra Elidem supra Ce-
lleniam, a qua LX stadia distat et
citu patet CLX stadiis. Parva fuit
silvestris, sed ferax. Zacynthios ad
lium Trojanum duxerat Ulysses, cui
merunt; deinde in Pelopon. bello
henienses adjuvit; tum Macedonibus
sit, denique Achaeis, a quibus Ro-
ni acceperunt. Urbem habuit amplis-
am, conditam a Zacynthо, Dardani
o, arcem, Psophida dictam, atque
ollinis templum. H. *Zante*; incolae
ynthii.
acynthus, Zacantha v. Sa-
num.
adracarta, urbs Hyrcaniae.
agrus, Zagrias, Tauri latus,
d inde a Cilicia procurrit, atque in
diae finibus cum alio latere jungi-
H. *Tag Aiaghi.*
alissa, opp. Asiae in Iberia in
ibus Albaniae, Cyro fl. adjacens.
ama, urbs Africae propr. in By-
io, acc. quosdam in Numidia, quin-
o dierum itinere Carthagine remota,
pe quam Hannibal a Scipione fuga-
est. Videtur eadem esse, quae Aza-
a Ptolomaeo vocatur.
ama, Zama Regia, urbs mu-
a et frequens in Byzacio interfore
qua Juba rex plerumque sedem ha-
at, et quam Plin. Zamense oppidum
pellat. H. nomen habet *Zouarin.*
ancle v. Messana.
arax, Zarex, urbs Laconicae ma-
itima, portu instructa. A Spartanis
ecisa rursus instaurata est. Ad meri-
iem ejus Zarax mons est, cujus pars
ur Laconicam orientalem extenditur.
Zariaspe v. Bactra.
Zariaspes, Zariaspis v. Bactrus.
Zarmigethusa, Zarmisoge-
thusa v. Sarmizegethusa.
Zarphat v. Sarepta.
Zarythus, Zarrythus v. Hippa
Diarrhythus.
Zela, Ziela, Zeleja, vicus Pon-
ti mediterraneus, quem Pompejus urbem
fecit, situs in colle arte facto. Prope
illum Mithridates Romanos, Triario du-
ce, superavit, et Caesar Pharnacem; h.
vicus *Zile od. Ziel.*
Zelasium, Phalasia, prom. Eu-
boeae ins.; h. *Falasia.*
Zeleja, Zelia, urbs Troadis ad
Idae radices et Aesepum fl., quae para
erat agri Cyzicenorum; fortasse eadem
quae Germa.
Zelis, Zilis, Zilia, Arzilla, opp.
Mauretaniae non procul a Tingi ad flu-
men cognomine. Augusti colonia a Pli-
nio vocatur, eamque a Lixo XXXII
M. P. removet. Plerisque h. est *Arcilla*
in regno *Fez.*
Zenodori s. Cenodori Domus
v. Lysaniae domus.
Zenodotia, Zenodotium, ca-
stellum Mesopotamiae prope Nicepho-
rium.
Zenonis Chersonesus, urbs in
orientali Chersonesi Tauricae parte, in-
ter Heracleum et Parthenium sita.
Zephyra e. q. Halicarnassus.
Zephyre, ins. Maris Mediterranei,
quae prope Samonium prom. Cretae si-
ta erat.
Zephyrium, prom. Africae in Cy-
renaica. Putatur h. esse *Bouandrea.*
Zephyrium, promont. et opp. Ci-
liciae ad occasum Solorum et Cydnum
fl. Cognomine promont. ad Calycadni
ostium situm erat.
Zephyrium s. Zephyri pro-
mont. Italiae infer. in agro Locrensi
prom., unde etiam Locri Epizephyrii
appellantur. Zephyr. nomen accepit,
quod portus ejus ventis hesperiis est
expositus. H. *Capo Bursano.*
Zerbis v. Lycus.
Zerna, Zernae, Colonia Zer-
nensium, Zeugma, Colonia Zeug-
mensium, urbs Daciae incerti situs.

Jure Italico gaudebat et colonia Trajani facta est, h. quibusd.; *Czernetz ad A. Donau.*

Zerynthus, Apollinis Zerynthi Templum, urbs et specus Thraciae in finibus agri Aeneorum.

Zetta, opp. Byzacii in Africa propr., Vaccae urbi vicinum.

Zeugitana Regio, Zeugis, pars Africae propr. quae Tusca fl., Mari Mediterraneo et Byzacio terminatur. Haec pars sensu strictissimo Africa veterum erat.

Zeugma, Syriae in Commagene ad Euphratem inter Samosatam et Europum oppidum s. potius tractus pluriùm oppidorum, nomen habens a ponte, quem catenis junctum Alexander cùm exercitu transiit. H. *Tschesehme*, al. *Zekme*; incola Zeugmatites et Zeugmatenus.

Ziata, Mesopotamiae castellum, Carrarum vicinum; h. *Kartpurt.*

Ziela v. Zela.

Zilia, Zilis v. Zelis.

Zincha, urbs Africae propr., quae in bello Caesaris contra Scipionem celebrata est.

Zirida̅va, Zirdava, urbs Daciae, h. quibusd. *Targorod.*

Zoaranda v. Zoroanda.

Zone, urbs Thraciae in Ciconiae ad montem s. promont. cognomine, Mare Aegaeum sita.

Zoroanda, Zoaranda, locus Asiae in Tauro monte, prope quem Tigris e terra rursus emergitur; h. *Hazar.*

Zoster, parvus Atticae isthmus.

Zuphonae, pop. Numidiae, Carthaginis propinquus.

Zurobara, Zorobara, opp. Daciae; h. *Zombor*, al. *Temeswar.*

LEXICON MANUALE,

GEOGRAPHIAM ANTIQUAM ET MEDIAM CUM LATINE TUM GERMANICE ILLUSTRANS,

IN USUM SCHOLARUM

EDITUM

A

JOANNE VILELMO MÜLLER,
LYC. MARIAEMONT. CONR.

LIPSIAE,
IMPENSIS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

VIRIS PERILLUSTRIBUS
GENEROSISSIMIS MAGNIFICIS
MME REVERENDIS EXCELLEN-
ISSIMIS JURECONSULTISSIMIS
ATQUE DOCTISSIMIS

GIS SAXONIAE SENATUS ECCLESIASTICI
T CONSISTORII SUPREMI CONSILIARIIS
ET ASSESSORIBUS

D. D. D.

Geographiae scientiam cum inde a pueris adamarem, non satis habui, quae in provinciali schola Misenensi tradebantur, attentus audire, sed privato ejus quoque studio proficere cupii. Cum tamen natura non solum ad discendum propensi simus, verum etiam ad docendum, et praeter institutionem, quae fit coram, scribendo etiam prodesse velimus quam plurimis, ex libris, quorum mihi facultas erat, ea depromere studui, quibus cum discentes tum docentes uti possent. Haec igitur, qualiacunque sunt, **VOBIS, VIRI OMNI DOCTRINARUM LAUDE FLORENTISSIMI,** ut offeram, patimini, oblataque mihi hac opportunitate optime sic utar, ut gratissimum **VOBIS** animum declarem. Multis enim magnisque **VESTRAE** benevolentiae documentis nos omnes scholarum magistri gaudemus, quibus esse tam felicibus contigit, ut sub **VESTRIS** essemus auspiciis, et clientela, ac tutela **VESTRA** frueremur. Haec re-



PRAEFATIO.

Non desunt quidem libri Geographiae antiquae et mediae cognoscendae idonei, cum a veteribus graeca et latina lingua compositi, tum a recentioribus latino et germanico sermone contexti; ejus tamen generis, qui regionum, fluviorum, montium, oppidorum etc. nomina ordine literarum vulgari afferrent, paucos nostrisque temporibus accommodatos invenias. Itaque in legendis et explicandis auctoribus usu venit multis, ut plura, quae ad Geographiam veterem pertinent, ne in majoribus quidem lexicis, quorum tamen non cuique discenti copia est, reperiant, rarius etiam haec nomina, quibus nunc fere signantur. Quin ipse, scriptores classicos interpretans, saepe librum desiderabam, in quo multa ad Geographiam antiquam referenda, quae in pluribus libris dispersa leguntur, in unum collecta invenirem. Ut vero haberent discipuli aliique, unde scire necessaria haurirent, non frustra studium collocasse puto, cum multa x antiquis et recentioribus geographicis libris, quae ad hanc octrinam spectarent, contulerim. Nec tamen omnibus hac opea me satis facturum existimo, qui in primis id agerem, ut multrum desiderio respondens studiosae juventuti librum traderem, uo uteretur, itemque caverem, ne propter amplitudinem pluris onstaret, quam ut facile comparari posset.

Quod priorem libelli hujus partem latina potius, quam veracula lingua conscripsi, in hoc exempla eorum secutus um, qui in eodem argumento versati sunt; nec non multa ommodius breviusque latine, quam germanice, dici posse vientur. Accedebat, quod haec scriptio destinata sit scholis, uas latinas vulgo appellant, iisque discipulis, qui tales in hac ngua progressus fecisse putandi sunt, ut sensum eorum, quae l singulas voces dixeram, plane invenire possint, si modo in ac re operam consumserint. Erunt haud dubie, quibus, me in onendis urbium, fluminum etc. nominibus scriptores non lauasse, displiceat. Verum id consulto a me factum esse profitor, qui valde cuperem, servare spatium, quo multo majore ad anc rem rite peragendam opus fuisset. Nec tamen quemquam iturum arbitror, qui coarguere me possit, ullum a me nomen

sine certo auctore, sive geographo sive alio scriptore, cum
tiquioris tum serioris temporis, esse allatum. Praeterea te
rum, locorum, fluminum etc. varia nomina ita notabam, ut te
poris rationem haberem, atque illa primum ponerem, quae
auctoribus classicis atque antiquioribus geographis memora
deinde vero, quae a serioris temporis scriptoribus proferu

Jam huncce libellum usque eo ad finem adduxeram, ut
pis exprimeretur, cum Bischoffii et Mölleri, doctissimorum
rorum, liber mihi innotesceret. In eo multa, quae etiam
medii aevi Geographiam referenda sunt, inveni, plurima
quoque urbium etc. nomina, quae in auctoribus classicis le
tur. Igitur, quin ejusmodi notatis ad consilium meum ut
non dubitabam.

Cum tironibus aliisque quidpiam in latinum sermo
transferentibus plura ad Geographiam spectantia occurrant,
rum latinum nomen in vocabulariis vel majoribus non in
ant, altera parte adjecta operae pretium me fecisse reor.
quo negotio ita versatus sum, ut vulgare et usitatius la
nomen antiquiori plerumque praeponerem, nec non, qua
fieri posset, quemlibet locum, aut clari viri, aut alio qu
casu nobilitatum, afferrem, nonnullis etiam, recentiore de
aetate illustratis, latinum vel graecum nomen imponere c
rer. Superflua quidem multa eorum, quae notavi, videri
sint, veluti hodierna earum regionum, oppidorum etc. nom
quae olim inclaruerunt; sed plures fortasse eas nosse juv
Cum tanta sit urbium nostra aetate notiorum multitudo, ut
tina earum omnium nomina enumerare longum esset, alte
partis principio regulas apposui, quas latini in formando ta
nominum exitu usurpare consueverunt.

Ceterum in magna rerum et nominum copia et varie
aliqua ratione in errorem induci esse facillimum, multi an
concipient, in primis vero, qui laborem et difficultates in c
ficienda hujus generis scriptura, sua ipsorum experientia edo
norunt; hos minus offensum iri existimo, si quaedam maj
momenti omnino non aut minus accurate posita deprehen
rint.

Scripsi in Monte Mariae Cal. Sept. a. MDCCCXXXI.

PARS POSTERIOR.

